ſequantur / quaſi curta ſententia. Atq; vero illa perfecta atq; ple=
na eorum. qui quom de hominis ſūmo bono quererēt: nullam
in eo neq; animi neq; corporis partem vacua tutela reliquerunt
Vos autem Cato quia virtus(vt omnes fatemur)altiſſimū lo=
cum in homine et maxime excellētem tenet: et ꝙ eos qui ſapien
tes ſunt abſolutos et perfectos putamus: aciem animorū noſtro
rum virtutis ſplendore preſtringitis . In omni enī animate eſt
ſummū aliquid atq; optimū. vt in equis / in canibus / quibus ta
mē et dolore vacare opus eſt et valere. Sic igitur in homine per
fectio iſta in eo potiſſimum quod eſt optimum. idem in virtute
laudatur. Itaq; mihi non ſatis videmini conſiderare quid inter=
ſit nature. queq; progreſſio. Non enim hoc quod facit in frugi=
bus vt quom ad ſpicā perduxerit ab herba relinquat et pro ni=
hilo habeat herbam: idem fecit in homine quom eū ad rationis
habitum perduxerit. Sēper enim ita aſſumit aliquid: vt ea que
prima dederit non deſerat. Itaq; ſenſibus rationem adiūxit et ra
tione effecta ſenſus nō relinquit. vt ſi cultura vitium cuius hoc
munus eſt vt efficiat vt vitis cum partibus ſuis omnibus q̃op
time ſe hēat. ſed ſic intelligamus. licet enim vt vos quoq; ſoletis
fingere aliquid docēdi cauſa. ſi igitur illa cultura vitium in vite

inſit. ipſa cetera credo velit que ad colendam vitem attinebant.
ſicut antea ſe aut omnibus vitis partibus preferat! ſtatuatqꝫ ni=
hil eſſe melius in vite ꝙ ſe. ſimiliter ſenſus quom acceſſit ad na=
turam! tuetur illam quidem. ſʒ etiam tuetur ſe. Quom aũt aſ=
ſumpta ratio eſt: tãto in dominatu locatur! vt omnia illa prima
nature huius tutele ſubiiciantur. Itaqꝫ non diſcedit ab eorũ cu=
ratione quibus prepoſita vitam omnem debet gubernare. vt mi
rari ſatis eorum incõſtãtiam non poſſumus. Naturalẽ enim ap
petitionem quã vocant hormen. Itemqꝫ officium ipſum etiam
virtutem tuentem eſſe volũt earum rerum que ſecũdum naturã
ſunt. Quom aũt ad ſummũ bonum volũt peruenire! tranſiliũt
omnia. et duo nobis opera pro vno relinquũt vt alia ſumamus
alia appetamus! potius ꝙ vno fine omnia concludant. At enim
veram dicitis virtutem nõ poſſe cõſtitui! ſi ea que extra virtutẽ
ſunt ad beate viuẽdum pertineant. Quod totum contra eſt. in=
troduci enĩ virtus nullo modo poteſt niſi omnia que leget / que
qꝫ reficiet vnã referãtur ad ſummã. nam ſi omnino nos negligi
mus, in ariſtonea vicia et peccata incidimus. obliuiſcemurqꝫ que
virtuti ipſi principia dederimus. ſin ea nõ negligimus neqꝫ ta=
men ad finem ſummi boni referemus. non multũ ab Herilli le
uitate aberrabimus. duarum enĩ vitarum nobis erunt inſtituta
capienda. facit enim ille ſeiũcta duo vltima bonorũ que vt eſſẽt
coniũgi debuerunt. Nũc iſta ſeparantur vt diſiũcta ſint. quo
poteſt nihil eſſe peruerſius. Itaqꝫ contra eſt ac dicitis. nã conſti=
tui virtus nullo modo poteſt! niſi ea que ſint prima nature vt
ad ſnmmũ pertinentia tenebit. queſita enim virtus nõ que relin
queret naturam! ſed que tueretur. At illa vt vobis placet partẽ
quãdam tuetur! relinquam deſerit. Atqꝫ ipſa inſtitutio hominis
ſi loqueretur! hec diceret. primos ſuos quaſi inceptus appetẽdi
fuiſſe! vt ſe cõſeruaret in ea natura! in qua ortus eſſet. Nõdum
aũt explanatũ ſatis erat quod maxime natura vellet. explanetur
igitur. Quid ei aliud ĩtelligitur! niſi vt eque pars nature negli
gatur / in qua ſi nihil eſt preter rõnẽ! ſit in vna virtute finis bo=

norum. ſin eſt etiam corpus! iſta explanatio nature nēpe hoc
effecerit. vt ea que ante explicationem tenebamus! relinqua=
mus. Ergo id eſt cōuenienter nature viuere! a natura diſcede=
re! vt quidā philoſophi quom a ſenſibus profecti maiora que
dam ac diuiniora vidiſſent! ſenſus reliquerūt. ſic iſti quom ap
petitione rerum virtutis pulchritudinē aſpexiſſēt! omnia que
propter virtutē ipſā viderant! abiecerūt. obliti naturā omnem
appetēdarū rerum ita late patere! vt a principiis permaneret
ad fines. nec intelligunt ſe rerum illarum pulchrarū atq; ad=
mirabilium fundamēta ſubducere;

Capi. iiii. Oſtendit omnes erraſſe! qui finem bonorum
eſſe dixerunt honeſte viuere. licet alius alio magis;

Taq; mihi videntur omnes quidem erraſſe! qui finē
bonorum eſſe dixerunt honeſte viuere. ſed alius alio
magis. Pyrrho ſcilicet maxime qui virtute cōſtituta
nihil omnino quod appetendum ſit relinquat. deinde Ariſto
qui nihil relinquere non eſt auſus. introduxit aūt quibus cō=
motus ſapiens appeteret aliquid. quod cuiq; in mentem inci=
deret et quodcunq; tanq̃ occurreret. Is hoc melior q̃ Pyrrho
qui vel aliquod genus appetēdi dedit. deterior q̃ ceteri: quod
penitus a natura receſſit. Stoici aūt ꝙ finem bonorū in vna
virtute ponunt! ſimiles ſunt illorū. ꝙ autem principiū officii
querūt! melius q̃ Pyrrho. ꝙ ea non occurrētia fingunt! vin=
cunt Ariſtonē. ꝙ aūt ea que ad naturam accōmodata et per ſe
aſſumenda eſſe dicunt! nō adiungunt ad finem bonorū! deſci=
ſcunt a natura et quodāmodo ſunt nō diſſimiles Ariſtonis. Il
le enim occurrētia (neſcio que) commiſcebat. Hii aūt ponunt
illa quidem prima nature! ſed ea ſeiungūt a finibus et a ſūma
bonorū. que quom proponūt vt ſit aliqua rerum ſelectio! na=
turam vidētur ſequi. quom autem negant ea quicq̃ ad beatam
vitam pertinere! rurſus naturā relinquūt. Atq; adhuc ea dixi
cā cur zenoni nō fuiſſet! q̃obrē a ſuperiorū auctoritate diſcede
ret. Nūc reliq̃ videamus niſi tu ad hec Cato dicere aliquid vis

aũt nos iam longiores ſumus. neutrũ vero inquit ille. nã et a
te perfici iſtam diſputationem volo: nec mihi tua oratio longa
videri poteſt. optime inq̃. Quid enim mihi poteſt eſſe optati-
us: q̃ cum Catone omnium virtutũ auctore de virtutibus di
ſputare? ſed primum illud vide grauiſſimam illam veſtrã ſen-
tentiam: que familiã ducit. honeſtum quod ſit id eſſe ſolum bo
num. Honeſteq; viuere bonorum finem cõmunem fore vobis
cũ omnibus qui in vna virtute cõſtituũt finem bonorũ quod
q; dicitis informari nõ poſſe virtutem ſi quicq̃ niſi quod hone
ſtum ſit numeretur. Idem dicetur ab illis quos modo nomi-
naui. Mihi aũt equius videbatur zenonem cũ Polemone di-
ſceptantem (a quo que eſſent principia nature acceperat) a com
munibus iniciis progrediẽtem videre vbi primum inſiſteret.
et vnde cauſa controuerſie naſceretur. nõ ſtãtem cum hiis qui
ne dicerent quidẽ ſua ſũma bona eſſe a natura profecta. vt iiſ-
dem argumentis quibus illi vterentur / iiſdẽq; ſententiis. Mi-
nime vero illud probo: quod quom docuiſtis vt vobis vide-
mini ſolum bonum eſſe quod honeſtũ ſit: tum rurſum dicitis
inicia proponi neceſſe eſſe apta et accõmodata nature: quorum
ex electione virtus poſſit exiſtere. Non enim in electione vir-
tus ponenda erat: ne idipſum quod erat bonorũ vltimũ aliud
aliquid acquireret. nã omnia que ſumenda / queq; legenda / aut
optanda ſunt: ineſſe debent in ſũma bonorum. vt is qui eam
adeptus ſit / nihil preterea deſideret. videſne vt quibus ſumma
eſt in voluptate: perſpicuum ſit quid iis faciendum ſit / aut nõ
faciendum: vt nemo dubitet eorum omnia officia quo ſpecta-
re: quid ſequi: quid fugere debeãt? Si hoc vltimũ bonorum
quod a me defẽditur. apparet ſtatĩ que ſint officia / que acti-
ones. Vobis aũt (quibus nihil eſt aliud propoſitum niſi rectũ
atq; honeſtũ) vnde officii / vnde agendi principiũ naſcatur: nõ
reperietis. Hoc igitur queritis omnes et hii qui quodcunq; in
mentem veniat. aut quodcunq; occurrat ſeſe qui dicent. ſed
vos ad naturam reuertimini: quibus natura iure reſponderit
non eſſe verum aliunde finem beate viuendi a ſe principia rei

gerende peti. Eſſe enim vnā rationem qua et principia rerum agendarum / et vltima bonorū continerentur, atq; vt Ariſtonis eſſet expoſita ſententia dicentis nihil differre aliud ab alio. nec eſſe res vllas preter virtutes et vicia inter quas quicq̄ omnino intereſſet: ſic errare zenonem: qui nulla in re niſi in virtute aut vitio propēſionem ne minimi quidem momenti ad ſummū bonum adipiſcēdum eſſe diceret. Et quom ad beatā vitam nullum momentum ea res haberet: ad appetitionem aūt rerū eē in hiis momenta diceret: quaſi vero hec appetitio nō ad ſummi boni adeptionem pertineret. Quid aūt minus conſentaneū eſt: q̄ quod aiunt cognito ſummo reuerti ſe ad naturam: vt ab ea petāt agēdi principium id eſt officii. Non enim actionis / aut officii ratio impellit ad ea que ſecūdum naturam ſunt appetēda: ſed ab hiis et appetitio et actio cōmouetur. Nunc venio ad illa tua breuia que confectoria eſſe dicebas et primū illud quo nihil poteſt eſſe breuius: bonum omne laudabile. Laudabile aūt omne honeſtū igitur omne bonum honeſtum. O plumbeū pugionem. Quis enim tibi illud conceſſerit: quo quidem conceſſo nihil opus eſt ſecundo? Si enim omne bonum laudabile eſt: omne laudabile honeſtum eſt. Quis tibi ergo iſtud dabit preter Pyrrhonē / Ariſtonem / eorum ve ſimiles quos tu non probas? Ariſtoteles vero / xenocrates / tota illa familia nō dabit quippe qui valitudinē vires / diuitias / gloriā / multa alia bona eē dicunt: laudabilia nō dicant. Et hii quidem ita non ſola virtute finem bonorum contineri putant: vt rebus tamen omnibus virtutem anteponant. Quid cēſes eos eſſe facturos qui omnino virtutem a bonorum fine ſegregauerūt Epicurum / Hieronimum / illos etiam ſiqui Carneadeū finem tueri volunt. Iam aut Calipho / aut Diodorus: quomodo poterunt tibi iſtud cōcedere / qui ad honeſtatem aliud adiūgant: quod ex eodem genere non ſit. Placet igitur tibi Cato / quom res ſumpſeris non cōceſſas ex illis efficere quod velis. Iam ille Sorites (quo nihil putatis eſſe vitioſius) quod bonum ſit: id eſſe optabile. quod optabile / id eſſe expetendum. quod expetendum / laudabile. deinde vero reliqui gradus. Sed

ego in hoc reſiſto. eodem enim modo tibi nemo dabit quod expe
tendum ſit! id eſſe laudabile. Illud vero minime conſentaneum
ſed inprimis habes illorū ſcilicet nominū gloriatione dignā eſſe
beatam vitam / que non poſſit ſine honeſtate contingere! vt iure
quiſq̄ glorietur. dabit hoc zenoni Polemo etiam magiſter eius
et tota illa gens. et reliqui qui virtutem omnibus rebus multo
ante ponentes ! adiūgunt ei tamē aliquid ſummo in bono fini=
endo. Si enim virtus digna eſt gloriatione vt eſt! tantumq; pre
ſtat ceteris rebus vt dici vix poſſit. et beatus eſſe poterit virtute
vna preditus carens ceteris. Nec tamen illud tibi concedit! pre=
ter virtutem nihil in bonis eſſe ducendum. Illi aūt quibus ſum
mum bonum ſine virtute eſt! non dabūt fortaſſe vitam beatam
habere! in quo iure poſſit gloriari. Et ſi illi quidem etiam volu=
ptates faciunt interdū glorioſas! vides igitur te aut ea aſſume=
re! que non concedātur. Aut ea que etiam conceſſa / te nihil adiu
uent. Equidem in omnibus iſtis concluſionibus hoc putarē phi
loſophia nobiſq; dignum! z maxime quom ſummū bonum que
reremus! vitam noſtram / conſilia / voluptates / nō verba corrigi
Quis enim poteſt iſtis que tu ais breuibus delectari ? et acutis
auditis de ſententia diſcedere? Nam quom ea ſpectant et habent
audire cur dolor malum non ſit! dicūt illi aſperum eſſe dolorem
moleſtum / odioſum / contra naturam / difficilem toleratu. Sed
quia nulla ſit in dolore neq; fraus / nec improbitas / nec malicia
nec culpa / nec turpitudo! non eſſe illud malum. Hec que audi=
erit vt ridere non curet! diſcedet tamen nihilo firmior ad dolorē
ferendū! q̄ venerat. Tu aūt negas fortem eſſe quenq̄ poſſe! qui
dolorem malum putat. cur fortior ſit ſi illud quod tute cōcedis
aſperum! et vix ferēdum putabit? Ex rebus enim timiditas nō
ex vocabulis naſcitur. Et ais ſi vna littera cōmota ſit! fore tota
vt labet diſciplina. Vtrum igitur tibi litteram videor! an totas
paginas commouere? vt enim ſit apud illos (id quod eſt a te lau
ladatum) ordo rerum conſecutus / et omnia inter ſe apta et con=
nexa (ſic enim aiebas) tamen perſequi non debemus! ſi a falſis
principiis profecta congruent ipſa ſibi / et a propoſito non ab=

errāt. In prima igitur cōſtitutione ʒeno tuus a natura receſſit.
quomqꝫ ſummū bonum poſuiſſet in ingenii preſtantia/ quā vir
tutem vocamus. nec quicq̃ aliud bonum eſſe dixiſſet/ niſi quod
eſſet honeſtum. nec virtute poſſe cōſtare/ ſi in ceteris rebus eſſet
quicq̃ quo aliud alio melius eſſet/aut peius. His propoſitis te=
nuit prorſus conſequentia. recte dicis. negare enim nō poſſum.
ſed ita falſa ſunt ea que conſequūtur/ vt illa e quibus hec nata
ſunt vera eſſe non poſſūt. Docēt enim nos/ vt ſcis dialetici ſi ea
que rem aliquam cōſequantur falſa ſint/ falſam illam ipſam eſſe
quam ſequātur. Ita fit illa concluſio nō ſolum vera/ ſed ita per=
ſpicua vt dialetici/ ne rationem quidē reddi putent oportere/ ſi
illud hoc/ non aūt hoc. Igitur ne illud quidem ſic cōſequenti=
bus veſtris ſublatis prima tollantur/ que ſequuntur. Igitur
omnes qui non ſunt ſapiētes/ eque miſeros eſſe. Sapientes oēs
ſumme beatos eſſe. Recte facta omnia equalia/ omnia peccata
paria. que quom magnifice primo dici viderētur/ cōſiderata mi
nus probantur. Senſus enim cuiuſqꝫ/et natura rerum/atqꝫ ipā
veritas clamabat quodāmodo non poſſe adduci/ vt inter eas res
quas ʒeno exequaret nihil intereſſet. poſtea tuus ille Penulus
Scis enim citius q̃ hūc a philoſophia cliētes tuos a poetica pro
fectos. Homo igitur acutus tamen nō obtinens (repugnāte na
tura) verba verſare cepit. et primū rebus hiis/quas nos bonas
ducimus conceſſit/ vt haberentur apte/abiles/et ad naturā ac=
comodate. Faterique cepit ſapienti. hoc eſt ſumme beato cōmodius
tamē eſſe ſi ea quoqꝫ habeat. que bona non audet appellare/ natu
ra ipſa accōmodata eſſe concedit. Negatqꝫ Platonē ſi ſapiēs non
ſit eadem eſſe in cauſa/ qua tyrannū Dioniſium. Huic mori op=
timū eſſe/ propter deſperationē ſapientie. illi/ propter ſpē viuere
Peccata aūt partim eſſe tolerabilia/ partim nullo modo. propte
rea ꝙ alia peccata plures/alia pauciores/ quaſi numeros officii
preterirent. Iam inſipientes alios ita eſſe/ vt nullo modo ad ſa=
pientiam poſſent peruenire. Alios qui peroptime poſſent (ſi id
geſſiſſent) ſapientiam conſequi. Hic loquebatur aliter. atqꝫ om=

rū reſpōdere velles Cato!hec erāt dicēda.nō eos tibi nō proba=
tos tātis īgeniis hoīes/tātaq; auctoritate!ſ; te aīaduertiſſe quas
res illi propter ātiquitatē parū vidiſſēt!eas a Stoicis eē perſpe=
ctas.Eiſdēq; de rebus hos tū acutius diſſeruiſſe!tū ſēſiſſe graui=
us et fortius.quippe q̀ primū valitudinē bonā expetēdā negant
eē.eligēdā dicāt.nō qz ſit bonū valere!ſ; qz ſit nō nihilo eſtimā
dū.Neq; tamē plures ꝙ̃ illi videtur!qui illū nō dubitāt bonū di
cere.hoc vero te ferre nō potuiſſe.Quod ātiqui illi quaſi barba
ti(vt nos de nrīs ſolemus dicere)crediderīt eius qui hoēſte viue
ret!ſi idē etiā bene valeret/bene audiret/copioſus eēt! optabilio
rē fore vitā meliorēq; et magis expetendā!ꝙ̃ illius qui eque vir
bonus multis modis eēt!vt Ennii Alcineo circūuētus/morbo/
exilio/atq; īopia.Illi igitur ātiqui nō tā acute optabiliorē illā vi
tā putāt/preſtātiorē/beatiorē. Stoici aūt tātūmō preponēdā in
ſeligēdo.nō quo beatior hec vita ſit!ſ; quo ad naturā accomoda
tior.et qui ſapiētes nō ſūt!oēs eque miſeros eē.Stoici hec viz vi
derūt.Illos aūt id fugerat ſuperiores.qui arbitrabantur hoīes
ſceleribus et parricidiis inquinatos/nihilo miſeriores eē!ꝙ̃ eos
qui cū caſte et ītegre viuerēt!nōdū perfectā illā ſapiētiā eēnt ↄſe
cuti.Atq; hoc loco ſimilitudīes illas(quibus illi vti ſolent)diſſi=
milimas proferebas.Quis eī ignorat ſi plures ex alto emerge=
re velīt propius fore eos quidē ad reſpirādū! qui ad ſūmā iā a=
quā propiquāt!ſ; nihilo magis reſpirare poſſe!ꝙ̃ eos qui ſūt in
profūdo.Nihil eī adiuuat procedere et progredi in virtute quo
minus miſerrimus ſit!āteꝙ̃ ad eā peruenerit. quoniā ī aq̃ nihil
adiuuat.z quoniā catuli qui iā reſpecturi ſūt/ceci eque z hii qui
mō nati.platonē quoq; nccē ē quoniā nōdū videbat ſapiētiā eque
cecū aīo et Phalari fuiſſe.Iſta ſimilia nō ſūt Cato. in quibus ꝙ̃
uis multū proceſſeris!tamē illud ī eadē cā ē a quo abeē velis do
nec euaſeris. nec eī ille reſpirat āteꝙ̃ emerſit/ et catuli eque ceci
priuſꝙ̃ reſpexerīt.acſi ita futuri ſēper eēnt. Illa ſūt ſimilia. he=
bes acies eſt cuipiā oculorū.corpore alius lāgueſcit.hii curatiōe
adhibita leuātur.īdies alter valet plus quotidie!alter videt. hii
ſimiles ſūt oībus qui virtuti ſtudēt.leuātur viciis. leuātur erro
ribus.niſi forte cēſes.T.Gracchū prēm beatiorē fuiſſe! ꝙ̃ filiū

quom alter ſtabilire rēpu. ſtuduerit. alter euertere. nec tamē ille
erat ſapiēs. Quis eī hoc aut quādo / aut vbi / aut vnde? ſȝ qz ſtu=
debat laudi et dignitati / multū ī virtute proceſſerat. Cōferā aūt
auū tuū druſū C. Gracco eius fere equali. Que hic reip. vul=
nera īponebat / eadē ille ſanabat. ſȝ nihil ē quod tā miſeros faciat
ꝙ īpietas / et ſcelus. vt iā oēs inſipiētes ſīt miſeri. quod profecto
ſūt. nō ē tamē eque miſer qui patrie ɔſulit / et is qui illa extīctā
cupit. Leuatio igitur viciorū magna fit his qui habēt ad virtu
tē progreſſiōis aliquātulū. Vrī aūt progreſſiōȝ ad virtutē fieri
aiūt. leuationē viciorū fieri negāt. At quo nitūtur hoīes acuti
argumēto ad probādū / operepretiū eſt ɔſiderare. quarū īquit ar
tiū ſūma creſcere pōt / earū etiā ɔtrariarū ſūma poterit augeri.
ad virtutis aūt ſūmā accedere nihil pōt. ne vitia quidē igitur cre
ſcere poterūt / que ſūt virtutū ɔtraria. vtrū igitur tādē perſpicu
is ne dubia aperiūtur / an dubiis perſpicua tollūtur? Atqui hoc
perſpicuū ē vitia alia in aliis eē maiora. Illud dubiū ad id quod
ſūmū bonū dicitis hec quenā fieri poſſit acceſſio. vos aūt cū per
ſpicuis dubia debeatis illuſtrare / dubiis perſpicua conamini tol
lere. Itaqȝ eadē rōne q̃ ſū pauloāte vſus / habebitis. Si eī propte
rea vitia alia aliis maiora nō ſūt / qz ne ad finē eū quidē bonorū
(quē vos facitis) quicq̃ pōt accedere / quoniā perſpicuū eſt vicia
nō eē oīum paria / finis bonorū vobis mutādus ē. Teneamus eī
illud necē ē cū ɔſequēs aliquod falſū ſit / illud cuius id ɔſequens
ſit nō poſſe eē verū. que eſt igitur cā iſtarū anguſtiarū gloriola
oſtētatio ī ɔſtituēdo ſūmo bono? Quom eī quod hoēſtū ſit / id ſo
lū bonū eē ɔfirmatur / tollitur cura valitudīs / diligētia rei famlia
ris / admīſtratio reip / ordo gerēdorū negociorū / officia vite. ip
ſū deniqȝ illud hoēſtū / ī quo vno vultis eē oīa deſerēdū ē. que di
ligētiſſīe ɔtra Ariſtonē dicūtur a Criſippo / ex ea difficultate / il
le fallacis loquele (vt ait accius) malicie nate ſūt. Quid eī? ſapiē
cia vbi pedē poneret nō hēt ſublatis officiis oībꝰ. officia aūt tol
lebāt delectu oī et diſcrimīe remoto. que eē poterāt rebus oībus
ſic exequatis / vt īter eas mihil ītereēt. Ex his āguſtiis iſta euale
rūt deteriora / ꝙ Ariſtōis. Illa tamē ſīplicia. vrā verſuta. roges
enī Ariſtonē bona ne ei videātur hec / vacuitas doloris / diuicie /

valitudo! neget. Quid? que cõtraria ſũt hiis mala ne? nihilo ma
gis. zenonẽ roges. reſpõdeat totidẽ verbis. admirãtes queramus
ab vtroq; quonã mõ vitã agere poſſumus: ſi nihil ītereẽ nrã pu
temus valeamus! egri ne ſimus? vacemus / an cruciemur dolo=
re? frigus / famẽ / propulſare poſſimus! nec ne poſſimus? Viues
īquit Ariſto magifice atz preclare. quod erit cũq; viſũ ages. nũ
ꝙ agere nũꝙ cupies / nũꝙ timebis / quid zeno? portẽta hec eẽ dicit
nec ea rõe vllo mõ poſſe viui. Sz differre īter hoẽſtũ et turpe ni
miũ! ꝙtũ neſcio! quid īmẽſũ īter ceteras res nihil oĩo ītereẽ. idẽ
adhuc audi reliꝗ ! et riſũ cõtine ſi potes. media illa īquit īter que
nihil ītereſt tamẽ eiuſmõi ſũt! vt eorũ alia eligẽda ſit. alia reiciẽ=
da. alia oĩo negligẽda! hoc eſt / vt eorũ alia velis. alia nolis. alia
nõ cures. ac mõ dixeras nihil ī hiis rebus eẽ quod ītereet. et nũc
idẽ dico īquies. Sz ad virtutes et ad vitia nil ītereẽ. Quis iſtud
quaſi neſciebat? Verũ audiamus iſta īquit que dixiſti! valere / lo
cupletẽ eẽ / nõ dolere! bona nõ dico. ſz dicã grece pregmena. latīe
aũt! producta. ſz propoſita aut precipua male ſit tolerabilius et
mollius. Illa aũt egeſtatẽ / morbũ / dolorẽ / nõ appello mala! ſed
libet reiectanea. Itaq; illa nõ dico me expetere! ſz legere. nec op=
tare! ſz ſumere. Cõtraria aũt nõ fugere! ſz quaſi ſecernere. quid
ait Ariſtoteles reliquiq; Platõis alũni ſe oĩa que ſecũdũ naturã
ſit bona appellare. que aũt cõtra / mala. Videſne zenonẽ tuũ cũ
Ariſtõe verbis cõſẽtire re diſſidere! cũ Ariſtotele et cũ illis re cõ
ſẽtire verbis diſcrepare? cur igitur cũ de re cõueniat nõ malim ɔ
vſitate loqui? aut doceat paratiorẽ me ad cõtẽnendã pecuniã fore
ſi illã ī rebus prepoſitis ꝙ ſi ī bonis duxero. fortiorẽq; ī paciẽdo
dolore ſi eũ aſperũ z difficilẽ perpeſſu z ɔtra naturã eẽ! ꝙ ſi ma=
lũ eẽ dixero.

Ca. vi. Reprehẽdũtur Stoici facete tũ pri=
mo per Marcũ Piſonẽ tum ſecũdo per auctorem.

Acete Marcus Piſo faĩliaris noſter z alia multa et hoc lo
co Stoicos irridebat. Quid ei aiebat bonũ negas eẽ diuici
as prepoſitũ eẽ dicis? quid adiuuas? auaritiã ne minuis? quod ſi
verbũ ſequimur! primũ lõgius verbũ prepoſitũ ꝙ bonũ. nihil
ad rẽ! ne ſit fame! at certe grauius. nã bonũ ex quo appellatũ ſit
neſcio. prepoſitũ ex eo credo ꝙ preponatur aliis id mihi magnũ

videtur. itaq; dicebat plus tribui diuiciis a zenone qui eas ī pre-
poſitis poneret: q̃ ab Ariſtotele qui bonū eē diuicias fateretur.
ſz neq; magnū bonū et pre rectis hoēſtiſq; ɔtēnēdū ac deſpiciēdū
nec magnopere expetēdū. oīoq; de oībꝰ iſtis verbis a zenōe mu-
tatis ita diſputabat: vt que bona negarētur eē ab eo et que mala
illa letioribus noībꝰ ab eo appellari: q̃ a nobis. hec triſtioribus
Piſo igitur hoc mō vir optimus tuiq; (vt ſcis) amātiſſimus. nos
paucis ad hec additis finē faciamus aliquādo. lōgū eſt eī ad oīa
reſpōdere / que a te dicta ſūt. nā ex eiſdē verborū preſtigiis et re-
gna nata nobis ſūt et īperia. et diuitie. et tante quidē: vt oīa que
vbiq; ſit / ſapiētes eē dicatis. ſolū preterea formoſū. ſolū liberū.
ſolū ciuē. oīa ɔtraria. quos et īſanos eē vultis. hec paradoxa illi
nos admirabilia dicamus. Quid aūt habēt admiratōis quō pro-
pe acceſſeris / ɔferā tecū. quā cuiq; verbo rē ſubiicias / nulla erit
cōtrouerſia. oīa peccata paria dicitis. nō ego tecū iā ita loquar vt
iiſdē hiis de rebus. Quom. L. murenā te accuſāte defēderē apud
īperitos cū illa dicta ſūt aliquid eēt corone datū. nūc agēdū ē ſub
tilius. peccata paria quonāmō: qz neq; hoēſto quicq̃ hoēſtiꝰ. nec
turpi turpius. Perge porro. nā de iſto magna diſſēſio ē. Illa ar-
gumēta propria videamus cur oīa peccata ſit paria. vt īquit ī fi-
dibus plurimis ſi nulla earū ita ɔtēta numeris ſit vt ɔtētū ſerua
re poſſit. oēs eque ɔtēte ſit / ſic pctā que eque diſcrepāt paria ſūt.
igitur hoc ābiguo ludimus. eque eī ɔtigit oībꝰ fidibus vt incō
tēte ſit. illud nō ɔtinuo vt eque ɔtēte. Collatio igitur iſta te nihil
iuuat. nec eī oēs auaritias ſi eque auaritias eē dixerimus: ſequi-
tur et vt equas eē dicamus. Ecce aliud ſimile diſſimile. vt eī īquit
gubernator eque peccat: ſi palearū nauē euertit / et ſi auri. Itē
eque peccat qui parētē et qui ſeruū īiuria verberat: hic nō vidēt
cuius generis onus nauis vehat. et ad gubernatoris artē nil per
tinere. Itaq; aurū paleāve portet ad bene / aut ad male guberna-
dū nihil ītereē. at quid īter parētē et ſeruulū īterſit ītelligi z pōt
et debz. Ergo ī gubernādo nihil ī officio plurimū ītereſt / quo ī
genere peccetur. Et ſi ī ipā gubernatōe negligētia ē nauis euerſa
maius ē peccatū ī auro q̃ ī palea. oībꝰ eī artibus volumus attri
butā eē eā que cōis appellatur prudēcia. quā oēs qui cuiq; artifi-

ẽio preſūt debēt hẽre. Ita nc hoc mō paria quidē pctā ſūt. vrgēt
tamē et nihil remittūt. quoniā īquiūt cē peccatū ībecillitatis et ī
ↄſtātie ē. hic aūt vicia ī oībꝰ ſtultis eque magna ſūt: nccē ē paria
eē pectā / quaſi vt ↄcedatur ī oībꝰ ſtultis eque magna eē vicia. Et
eadē ībecillitate et īcōſtātia. L. tubullū fuiſſe q̃ illū cuius is ↄde=
natus ē rōe. P. ſceuolā et quaſi nihil īter res quoq; ipās ī quibꝰ
peccatur īterſit: vt quo he maiores minoreſve ſīt: eo quoq; pct ī
ī hiis rebꝰ aut maiora ſit aut minora. Itaq; (iā eī ↄcludatur orō)
hoc vno vicio maxīe mihi primi vidẽtur tui ſtoici / ꝗ ſe poſſe pu
tāt duas ↄtrarias ſnīas obtinere. quid ē eī tā repugnās: ꝗ̄ eundē
dicere quod hoēſtū ſit ſolū: id bonū eē. qui dicat appetionē rerū
ad viuēdū accomodatarū natura profectā? Ita cū ea volūt retine
re que ſuperiori ſnīe ↄueniūt: ī Ariſtonē īcidūt. quō id fugiūt:
re eadē defēdūt que Peripathetici verba tenēt īordiatiꝰ. que rur
ſus dū ſibi euelli ex ordīe nolūt / horridiores euadūt. aſperiores
duriores / et oratione et morbo. quā illorum triſtitiam atq; aſpe=
ritatem fugiens Panetius / nec acerbitatem ſententiarum / nec
diſſerendi ſpinas probauit. fuitq; in altero genere mitior in alte
ro illuſtrior. ſemperq; habuit ī ore Platonem / Ariſtotelem / xe=
nocratem / Theophraſtum / Dicearchum: vt ipſius ſcript adecla
rāt. quos quidē tibi ſtudioſe et diligēter tractādos / magnopere
cēſeo. ſ; quoniā aduelperaſcit: et mihi ad villā reuertēdū ē: nunc
quidē hactenus. verū hoc quidē ſepe faciamus. Nos vero īquit
ille. nā quid poſſumꝰ facere melius? et hāc quidē primā exigā a
te operā: vt audias me que a te dicta ſūt refellētē. ſed memētote
que nos ſētiamus oīa probare. ſi ꝗ verbis aliter vtamur. mihi
aūt vrōrū nihil probari. ſcrupulū īꝗ̄ abeūti. ſ; videbimus. que
quom eēnt dicta diſceſſimus.

Incipit liber Quintus. Prologus.

Vm audiſſē Antiochū brute (vt ſolebat) cū. M. Pi
ſone diſputātē ī eo gymnaſio (quod ptolomeū voca=
tur) vnaq; nobiſcū. Q. f. et. T. pōponius. L. C. fra
ter noſter cognatiōe patruelis: amore germanꝰ / cō
ſtituimus īter nos: vt ābulatiōq; poſt meridianā ↄficeremus in a
cademia. maxīe ꝗ is locus ab oī turba id tēporis vacuus eēt. Ita

qꝫ ad tēpꝰ ad Piſonē oēs īde vario ſermōe ſex illa a dypilo ſtadia
ɔfecimus. Quādo aūt veniſſemꝰ ī academiā! nō ſine cā nobilita=
ta ſpacia ſolitudo erat ad quā volueramus. Tū Piſo natura ne
nobis hoc īquit datū dicā. an errore quodā! vt quādo ea loca vi=
deamꝰ ī quibus memoria dignos viros acceperimus multos eē
verſatos: magis moueamur! ꝙ ſi āte eorū ipōrū aut facta audia
mus aut ſcriptū aliquid legamus. velut ego nūc moueor. venit
eī mihi Platōis ī mētē! quē accepimꝰ primū hic diſputare ſolitū
cuius etiā illi ortuli propīqui nō memoriā ſolū mihi afferūt! ſꝫ
ipſū videtur ī ɔſpectu meo hic ponere. Hic Speuſippus / hic xe
nocrates / hic eius auditor Polemo / cuius ipā illa ſellio fuit quā
videmꝰ. equidē etiā curiā nrāꝫ hoſtiliā dico nō hāc nouā que mi
hi mīor eē videtur. poſteaꝙ ē maior / ſolebā ītuēs Scipionē / Ca
tonē / Leliū noſtrū vero ī primis auū cogitare. tāta vis admira
tiōis īeſt ī locis! vt nō ſine cā ex hiis memorie ducta ſit diſciplīa
Tū quītus ē plane Piſo vt dicis īquit. nā meipſū huc mō veniē
tē ɔuertebat ad ſeſe coloneus ille l ocus. cuius īcola ſophocles ob
oculos verſabatur. quē ſcis ꝙ admirer ꝙꝫ eo delecter. me quidē
ad altiorē memoriā edipodis huc veniētes ab illo molliſſīo car=
mīe que iā eēnt ipſa hec loca requirētis ſpecies quedā ɔmouit ia
nis ſcꝫ ſꝫ ɔmouit tamē. Tūc pōponiꝰ at ego (quē vos vt deditū
Epicuro īſectari ſoletis) ſū multū equidē cū phedro quē vnice di
ligo (vt ſcitis) ī epicuri ortis quos mō preteriebamꝰ. ſꝫ veteris
prouerbii admonitu virorū memini. nec tamē Epicuri licet obli
uiſci ſi cupiā / cuiꝰ imaginē nō mō ī tabulis nrī fāiliares! ſꝫ etiā
ī populis et ī anulis habēt. Hic ego pōponius quidē inꝙ noſter
iocari videtur. z fortaſſe ſuo iure. Ita eī ſe athenis collocauit! vt
ſit pene vnus ex atticis! vt id etiā cognomīe pene videatur habi
turus. Ego aūt tibi Piſo aſſētior! vſu hoc euenire vt acrius ali=
ꝙto z attētius de claris viris locorū admonitu cogitemus. Scis
eī me quodā tēpore metapōtū veniſſe tecū. nō ad hoſpitē āte di=
uertiſſe! ꝙ pitagore ipſū illū locū vbi vitā ediderat ſedēqꝫ videri
hoc aūt tēpore z ſi multa ī oī parte athenarū ſūt ī ipīs locis īdi=
cia ſūmorū virorū! tamē ego illa moueor exedra! mihi enī fuit
Carneades quē videre viderer. eſt eī tota imago a ſedeqꝫ ipſa tāta

īgenii magnitudīe orbata. deſiderari illā vocē puto. tū Piſo quo
niā igitur aliquid oēs! quid Lucius noſter īquit. an eū locū libē
ter īuiſit vbi Demoſthenes et Eſchines īter ſe decertare ſoliti ſūt
ſuo eī quiſq; ſtudio maxīe ducitur, z illę quō erubuiſſʒ noli īquit
ex me querere q̃ ī phalericū etiā deſcēderī quo ī loco ad fluctū aī
unt declamare ſolitū Demoſthenē! vt fremitū aſſueſcerē voce vī
cere. mō etiā paulū ad dexterā de via declinaui! vt ad paridis ſe=
pulchrū accederē. q̃q̃ id quidē īfinitū ē ī hac vrbe. quacūq; eī in
gredimur! ī aliquā hiſtoriā veſtigiū ponimꝰ. Tū Piſo atq̃ Cice
ro īquit iſta ſtudia ſi ad imitādos ſūmos viros ſpectāt! īgenioſo=
rū ſūt. ſin tātūmō ad indicia veteris memorie cognoſcēda! curio
ſorū. te aūt hortamur oēs currentē quidē vt ſpero! vt eos quos
nouiſſe vis etiā imitari velis. hic ego et ſi facit hic quidē īquit
Piſo (vt vides) ea que precipis! tamē mihi grata ē hortatio tua.
Tū ille aīciſſīe (vt ſolebat) nos vero inquit oēs oīa ad huius ado
leſcētiā ꝯferamꝰ. īprimiſq; vt aliquid ſuorū ſtudiorū phīę quoq;
īpartiat vel vt te imitetur (quē amat) vel vt illudipſū quod ſtudʒ
facere poſſit ornatius. ſʒ vtrū hortādus es nobis Luci īquit. an
etiā tua ſpōte propēſus es? mihi quidē Anthiochū quē audis ſa
tis velle videris attēdere. tū ille timide vel potius verecūde fa=
cio īquit equidē. Sʒ audiſti ne mō de Carneade? rapior illuc! re=
uocat aūt Anthiochus. nec ē preterea quē audiamꝰ. tū Piſo. et
ſi hoc īquit fortaſſe nō poteris ſic abire quō hic abſit (me aūt di=
cebat) tamē audebo te ab hac achademia noua ad veterē illā voca
re. ī q̃ (vt dicere anthiochū audiebas) nō hii ſolū numerātur qui
Academici vocātur Speuſippus / xenocrates / polemo / Crātor /
ceteriq;! ſʒ etiā Peripathetici veteres quorū prīceps Ariſtoteles
quē excepto Platōe haud ſcio an recte dixerī prīcipē phōrū. Ad
eos igitur ꝯuerte te queſo. ex eorū eī ſcriptis et īſtitutis quō oīs
doctrina liberalis / oīs hiſtoria / oīs ſermo elegās ſumi pōt! tū va
rietas ē tāta arciū! vt nemo ſine eo īſtrumēto ad vllā rē illuſtrio
rē ſatis ornatus poſſit accedere. Ab hiis oratores ab hiis īpera
tores ac rerūpub. prīcipes extiterūt! vt ad minora veniā mathe
matici / poete / muſici / medici deniq; ex hac tāq̃ ex oīm artiū offi
cina profecti ſūt. Atʒ ego ſcis me īquit iſtud idē ſētire Piſo. ſʒ a

te oportune mẽtio facta ẽ. ſtudet eĩ mẽs audire Cicero que nã ſit
iſtius veteris quã ꝯmemoras academie de finibꝰ bonorũ peripa
theticorũq; ſnía. cẽſemꝰ aũt te faciliẽ id explanare poſſe. quod et
Staſeã neapolitanũ multos ãnos habueris apud te! et quõ plu=
res iã mẽſes athenis hec ipã te ex Anthiocho videmꝰ exquirere
z ille ridẽs age age ĩquit. ſatis eĩ ſcite me nrĩ ſermõis pricipiũ eẽ
voluiſti. exponamꝰ adoleſcẽti ſiq̃ forte poſſumus. dat eĩ id nobis
ſolitudo! quod ſiquis deus diceret nũq̃ putarẽ me ĩ academia tã
q̃ phũm diſputaturũ. ſ; ne dũ huic obſequor vobis moleſtus ſĩ
(mihi ĩquã) q̃ te id ipſũ rogauit. Tũ quĩtus z põponius quõ idẽ
ſe velle dixiſſet! Piſo exorſus ẽ. Cuius orõ (attẽde queſo brute) ſa
tis ne videatur Anthiochi ꝯplexã eẽ ſniam quã tibi qui fratrem
eius Ariſtũ frequẽter audieris maxime probatam exiſtimo;

Capi. i. laudat in generali diſciplinã Peripatheticorũ.

Hic eſt igitur locutus. q̃tus ornatus ĩ Peripatheticorũ di=
ſciplina ſit! ſatis ẽ a me (vt breuiſſiẽ potui) paulo ãte dictũ
ſ; ẽ forma eius diſcipliẽ! ſicut fere ceterarũ triplex. vna pars eſt
nature differẽdi. altera viuẽdi. tertia nature ſic ab hiis ĩueſtigata
ẽ vt nulla pars / celo / mari / terra (vt poetice loquar) pretermiſſa
ſit. quĩetiã quõ de rerũ ĩiciis oĩq; mũdo locuti eẽnt vt multa non
mõ probabili argumẽtatiõe! ſ; etiã nccãria mathematicorũ rõne
ꝯcluderẽt! maximã materiã ex rebꝰ per ſe ĩueſtigatis ad rerũ oc
cultarũ cognitionẽ attulerũt. perſecutus ẽ Ariſtoteles animãtiũ
oĩum ortus / victꝰ / figuras. Theophraſtus aũt ſtirpiũ naturas
oĩumq; fere rerũ que e terra gignerẽtur cãs / atq; rões. q̃ ex co=
gnitõe facilior facta ẽ ĩueſtigatio rerũ occultiſſiarũ. differẽdiq; ab
hiiſdẽ nõ dialetice! ſ; etiã oratoria precepta ſũt tradita. ab Ariſto
teleq; pricipe de ſigulis rebꝰ ĩ vtrãq; partẽ dicẽdi exercitatio ĩſti=
tuta. vt nõ ꝯtra oĩa ſẽper ſicut Archeſilaus diceret. et tamẽ vt in
oĩbꝰ rebꝰ q̃cquid ex vtraq; parte dici poſſit exprimeret. quõ aũt
tertia pars bene viuẽdi precepta quereret! ea quoq; ẽ ab hiiſdem
nõ ſolũ ad priuate vite rõnẽ! ſ; etiã ad rerũpu. rectionẽ relata oĩ
um fere ciuitatũ nõ grecie ſolũ! ſ; etiam barbarie. ab Ariſtotele
mores / ĩſtituta / diſciplinas! a Theophraſto leges etiã cognoui=
mus. Quomq; vterq; eorũ docuiſſ; qualẽ ĩ rep. pricipẽ ꝯueniret

pluribus preterea quõ ſcripſiſſet qui eēt optimus reipub. ſtatus
hoc ãplius Theophraſtus que eēnt in rep. inclinationes rerũ et
mométa tẽporũ / quibus eſſet moderãdũ / vt quomq; res poſtula
ret. vite aũt degẽde rõ maxĩa quidẽ illis placuit quieta in cõtem
platiõe. ex cognitiõe poſita rerũ que qz deorũ erat vite ſimilima
ſapiẽte viſa eſt digniſſĩa. atq; hiis de rebus et ſplẽdida eſt eorũ et
illuſtris orõ. De ſũmo aũt bono qz duo genera librorũ ſũt / vnũ
populariter ſcriptũ quod exoteritio appellabãt / alterũ limatius
quod ĩ ꝯmẽtariis reliquerũt / nõ ſẽper idẽ dicere videtur. nec ĩ ſũ
ma tamẽ ipſa aut varietas ẽ vlla apud hos quidẽ quos nomĩaui
aut ĩter ipſos diſſẽſio. ſʒ quom beata vita queratur idq; ſit vnum
quod phia ſpectare et ſequi debeat. ſit ne ea tota ſita in poteſtate
ſapiẽtis / an poſſit aut labefactari aut eripi rebꝰ aduerſis. ĩ eo nõ
nũꝙ̃ variari ĩter eos ⁊ dubitari videtur. quod maxĩe efficit The
ophraſti de beata vita liber ĩ quo multũ admodũ fortune datur
Quod ſi ita ſe habeat nõ poſſit beatã preſtare vitã ſapientia. hec
mihi videtur delicatior (vt ita dicam) molliorq; rõ / ꝙ̃ virtutis vis
grauitaſq; poſtulat. quare teneamus Ariſtotelẽ ⁊ eius filiũ nico
machũ. Cuius accurate ſcripti de moribus libri dicũtur illi qui
dẽ eẽ Ariſtotelis. ſʒ nõ video cur nõ potuerit patri ſimilis eẽ fili
us. Theophraſtũ tamẽ adhibeamꝰ ad pleraq; dũmõ plus in vir
tute teneamꝰ ꝙ̃ ille tenuit firmitatis et roboris. Simus igitur
ꝯtẽti hiis. nãq; horũ poſteri meliores illi quidẽ mea ſnĩa ꝙ̃ reli=
quarũ phĩ diſciplinarũ. ſʒ ita degenerãt / vt ipſi ex ſe nati eẽ vide
antur. Primũ Theophraſti ſtrato phiſicũ eẽ voluit. In quo ⁊ ſi
ẽ magnus / tamẽ noua pleraq; et perpauca de moribꝰ huius Liſi
as ex orõe locuples (rebus ipſis ieiunior) ꝯtinus. deĩde et elegãs
huius Ariſto. Sʒ ea que deſideratur a magno phõ grauitas ĩ eo
nõ fuit. ſcripta ſane et multa et polita ſʒ neſcio quo pacto aucto=
ritatẽ oratio nõ habet. pretereo multos in hiis doctum hoĩem et
ſuauẽ Hieronymũ quẽ iã cur peripatheticũ appellẽ neſcio. ſum
mũ ei bonũ expoſuit vacuitatẽ doloris. qui aũt de ſummo bono
diſſẽtit / de tota phĩe rõe diſſẽtit. Critolaus imitari ãtiquos volu=

it et quidē eſt grauitate proximus, et redūdat oratio/ attamen is
quidē in patriis inſtitutis manet, Diodorus eius auditor adiun=
git ad honeſtatē vacuitatē doloris. hic quoq; finis eſt de ſūmoq;
bono diſſentiēs dici vere Peripatheticus nō poteſt. Antiquorū
aūt ſententiā Antiochus noſter mihi videtur perſequi diligētiſ-
ſime quā eandē Ariſtotelis fuiſſe et Polemonis docet. facit igi=
tur Lucius noſter prudēter qui audire de ſūmo bono potiſſimū
velit. hoc enī cōſtituto in philoſophia cōſtituta ſunt omnia. nā
ceteris in rebus ſiue pretermiſſū ſit ſiue ignoratū eſt quippiam
nō plus incōmodi eſt qua queq; q̃ti earū rerū eſt in quibus ne=
glectū eſt aliquid. Sūmum aūt bonū ſi ignoretur viuēdi rōnem
ignorari neceſſe eſt. ex quo tantus error cōſequitur/ vt quem in
portum ſe recipiant ſcire nō poſſunt. cognitis aūt rerū finibus
quorum intelligitur quid ſit et bonorū extremū: et malorū inuen
ta vite via eſt. ꝯfirmatioq; oīum officiorū. Eſt igitur quo quicq;
referatur ex quo id quod omnes expetūt beate viuēdi rō inueni
ri et cōparari poteſt quod quoniā in quo ſit magna diſſenſio eſt.
Carneadea nobis adhibēda diuiſio eſt qua noſter antiochus libē=
ter vti ſolet. ille igitur vidit non modo quot omnino fuiſſent ad
huc philoſophorum de ſūmo bono. ſed quot omnino eē potuiſ=
ſent ſentētie. Negabat igitur vllā eſſe artem que ipſa a ſe profi=
ciſceretur. et enī ſemper illud extra eſt/ quod arte cōprehēditur
nihil opus eſt exemplis hoc facere longius. Eſt enī perſpicuum
nullam artem ipſā in ſe verſari. ſed eſſe aliud artem ipſam/ aliud
quod propoſitum ſit arti. quoniam vt medicina valitudinis/ na=
uigationis gubernatio/ ſic viuēdi ars eſt prudētia. neceſſe eſt eā
quoq; ab alia re eſſe cōſtitutam et profectā. conſtitit aūt fere īter
omnes id in quo prudētia verſaretur. et quod aſſequi vellet ap=
tum et accōmodatum nature eſſe oportere. et tale vt ipſum per
ſe inuitaret et alliceret appetitum animi quem greci
vocāt. quid aūt ſit quod ita moueat. Itaq; a natura ī primo ortu
appetatur nō ꝯſtat. deq; eo ē īter phōs quō ſūmū bonū exq̄ritur
omnis diſſēſio. totius eī queſtionis eius que habetur de finibus

bonorū et malorū quō queritur ī hiis quid ſit extremū et vlti=
mū fōs reperiēdus ē. ī quo ſit prima īuitamēta nature. Quo īuē
to oīs ab eo quaſi capite de ſūmo bono et malo diſputatio duci=
tur Voluptatis. alii primū appetitū putāt et primā depulſionē
doloris. alii cēſēt primū aſcitū et primū declinatū dolorē ab hiis
alii que prima ſecūdū naturā nomināt proficiſcūtur ī quibꝰ nu
merāt icolumitatē ꝯſeruationēqꝫ oīum parciū. valitudinē / ſenſus
ītegros / doloris vacuitatē / vires / pulchritudinē / ceteraqꝫ gene=
ris eiuſdē! quorū ſimilia ſūt prima ī animis quaſi virtutū igni=
culi et ſemina. ex hiis tribꝰ quō vnū aliq̄d ſit quo primū natu=
ra moueatur / vel ad appetēdū / vel ad repellēdū. nec quicq̄ oīno
preter hec tria poſſit eē neccē ē oio officiū / aut fugiēdi / aut ſequē
di ad eorū aliquid referri! vt illa prudentia quā artē vite eē dixi=
mus / ī earū triū rerū aliqua verſetur a quo tocius vite ducat ex
ordiū. Ex eo aūt quod ſtatuerit eē quo primū natura moueatur
exiſtet etiā recti rō atꝫ hoēſti que cū vno aliquo ex tribꝰ illis cō
gruere poſſit. vt aut id hoēſtū ſit facere oīa aut voluptatis cauſa
etiā ſi eam nō ꝯſequare. aut nō dolēdi etiā ſi aſſequi nequeas. aut
eorū que ſecūdū naturā ſūt adipiſcēdi! etiam ſi nō adipiſcare. Ita
ſit vt q̄ta differētia ē in prīcipiis naturalibꝰ! tāta ſit ī finibꝰ bo
norū malorūqꝫ diſſimilitudo. alii rurſus iiſdē a prīcipiis oē offi=
ciū referrēt aut ad voluptatē / aut ad nō dolēdū / aut ad prima il=
la ſecūdū naturā obtinēda. Expoſitis iā igitur ſex de ſūmo bono
ſentēciis triū proxiarū hii prīcipes voluptatis Ariſtippus. non
dolēdi Hieronymus / fruēdi rebꝰ hiis quas primū ſecūdū natu=
rā eē diximꝰ Carneades. nō ille quidē auctor! ſꝫ defēſor diſſerēdi
cā fuit. ſuperiores tres erāt que eē poſſēt quarū eſt vna ſola defē
ſa eaqꝫ vehēnter. nā voluptatis cā facere oīa quō etiā ſi nihil ꝯſe=
q̄mur! tamē ipſū illud ꝯſiliū ita faciēdi per ſe expetēdū! z hoēſtū
z ſolū bonū ſit! nemo dicit. ne vitationē quidē doloris ipſā per ſe
quiſq̄ ī rebꝰ expetēdis putauit! ne ſi etiā euitare poſſet. at vero fa
cere oīa! vt adipiſcamur que ſecūdū naturā ſit. et ſi ea nō aſſeq̄=
mur id eē et hoēſtū et ſolū per ſe expetēdū. et ſolū bonū ſtoici di
cūt. Sex igitur he ſūt ſimplices de ſūmo bonorū malorūqꝫ ſnīe.

due ſine patrono. quatuor defēſe. iūcte aūt et duplices expoſitio
nes ſūmi boni. tres oīo fuerūt nec vero plures ſi penitꝰ rerū na
turā videas eē potuerūt. nā aut voluptas adiūgi pōt ad hoēſtatē
vt Caliphoni dinomachoqꝫ placuit. aut doloris vacuitas vt Dio
doro. aut prima nature vt ātiquis quos eoſdē Academicos z Pe
ripatheticos noīamus. Sʒ quoniā nō poſſūt oīa ſimul dici: hec ī
preſētia nō eē debebūt. voluptatē ſemouēdā eē quādo ad maiora
quedā (vt iā apparebit) nati ſumꝰ. de vacuitate doloris eadē fere
ſolēt dici que ɔtra voluptatē dicta ſūt. quoniā igitur de volupta=
te cū Torquato etiā de hoēſtate ī q̃ vna oē bonū poneretur cū ca
tōe ē diſputatū. primū que ɔtra voluptatē dicta ſūt: eadē fere ca
dūt ɔtra vacuitatē doloris. nec vero alia ſūt querēda ɔtra Carne
adeā illā ſnīaʒ. quocūqꝫ eī mō ſūmū bonū ſic exponitur: vt id va
cet hoēſtate / nec officia / nec virtutes ī ea rōe: nec amicitia ɔſtare
poſſūt. Cōiūctio aūt cū hoēſtate vel voluptatis / vel nō dolēdi / id
ipſū hoēſtū quod āplecti vult: efficit turpe. ad eas eī res referre
que agas / quarū vna ſi q̃s malo careat: ī ſūmo eū bono dicat eē
Altera verſetur ī leuiſſia parte nature: obſcurātis id ē oēm ſplē=
dorē hoēſtatis (ne dicā īquinātis) Reſtat ſtoici q̃ quō a Peripathe
ticis et Academicis oīa trāſtuliſſēt: noībus aliis eaſdē res ſecuti
ſūt hos cōtra ſigulos dici ē melius: ſʒ nūc quod agimus de illis
quō volemꝰ. Democriti aūt ſeueritas que eſt aī tāqꝫ trāquillitas
quā appellāt euthymeau eo ſeparāda fuit ab hac diſputatiōe: qz
iſta aī trāquillitas ea ē ipſa beata vita. Querimus aūt nō que ſit
ſʒ vnde ſit. iā exploſe eiecteqꝫ ſnīe Pyrrhonis Ariſtonis Herilli
qꝫ ī hūc vrbē quē circūſcripſimus īcidere nō poſſūt. adhibēde oīo
nō fuerūt. nā quō oīs hec queſtio de finibꝰ et quaſi de extremis
bonorū et malorū ab eo proficiſcatur quod diximꝰ. Nature etiā
eē aptū et accōmodatū. quodqꝫ ipſū per ſeipſū appetatur. hoc to
tū et hii tollūt: qui ī rebꝰ hiis ī quibꝰ nihil quod nō aut hoēſtū
aut turpe ſit. negāt etiā vllā cām. cur aliud alii ātepōtur. nec īter
eas res quicqꝫ oīo putāt ītereē. Et Herillus ſi ita ſēſit: in hiis eē
bonū preter ſciētiā. oēm ɔſilii capiēdi cām īuēti neqꝫ officii ſuſtu
lit. Sic excluſis ſuīs reliquorū quō preterea nulla eē poſſit. hec
ātiquior valeat necē ē. ergo īſtituto veterū quo etiā ſtoici vtūtur

hĩc capiamus exordiũ. Oẽ aĩal ſeipſũ diligit. z ſimulac ortũ ẽ id
agit: vt ſe ↄſeruet. ꝙ hic ei primↄ ad oẽȝ vitã tuẽdã / appetitus a
natura datur: ſe vt ↄſeruet. atȝ ita ſit affectũ: vt optĩe ſecũdũ na=
turã affectũ eẽ poſſit. hãc ĩicio ↄſtitutionẽ ↄfuſã habȝ et ĩcertã: vt
tãtũmõ ſe tueatur qualecũq; ſit. ſed nec quid ſit. nec quid poſſit.
nec quid ipĩus natura ſit: ĩtelligit. quõ aũt proceſſit paulũ: et ꝗ̃
tenus quicquid ſe attigat ad ſeſeq; pertineat perſpicere cepit. ſeſĩ
ĩcipit progredi. ſeſeq; agnoſcere / et ĩtelligere quã ob cãm hẽt eũ
quẽ diximus aĩ appetitũ. tẽptatq; et ea que vere ſẽtit appetere et
propulſare ↄtraria. Ergo oĩ aĩali illud quod appetit poſitũ ẽ ĩ eo
quod nature ẽ accõmodatũ. Ita finis bonorũ ↄſiſtit ſecũdũ natu
rã viuere. ſic affectũ: vt optĩe affici poſſit ad naturãq; accõmoda
tiſſĩe. Quoniã aũt ſua cuiuſq; aĩantis natura ẽ: necẽ ẽ oĩum finẽ
hũc eẽ: vt natura expleatur. nihil eĩ prohibet quedã eẽ / et ĩter ſe
aĩalibↄ reliq̃s cũ beſtiis hoĩ cõia: quoniã oĩum ẽ natura cõis. ſȝ
extrema z ſũma que querimↄ / ĩter aĩaliũ genera diſtĩcta et diſ=
pertita ſũt. et ſua cuiq; propria. z ad id apta quod cuiuſq; natura
deſiderat. Quare cũ dicimↄ oĩbus aĩalibↄ extremũ eẽ ſecũdũ na
turã viuere nõ ita accipiẽdũ ẽ / quaſi dicamus vnũ eẽ oĩum extre
mũ: ſȝ vt oĩm arciũ recte dici põt cõe eẽ: vt ĩ aliq̃ ſciẽtia verſetur
Sciẽtiã aũt ſuã cuiuſq; artis eẽ: ſic aĩaliũ cõe ſecũdũ naturã viue
re. ſed naturas oẽs diuerſas: vt aliud equo ſit / aliud boui / aliud
hoĩ: et tamẽ ĩ oĩbↄ ſũma cõis. z quidẽ nõ ſolũ ĩ aĩalibus: ſȝ etiã ĩ
rebus oĩbus hiis quas natura alit / auget / z tuetur. in quibus ea
que gignuntur e terra multa quodammõ efficere ipã ſibi per ſe
que ad viuẽdũ creſcẽdũq; valeãt: z ſuo genere perueniãt ad extre
mũ: vt iã liceat vna ↄprehenſiõe oĩa ↄplecti / nõ dubitẽq; dicere:
oẽȝ naturã eẽ ↄſeruatricẽ ſui / idq; hẽre propoſitũ quaſi finẽ z ex
tremũ (ſe vt cuſtodiat) quã ĩ optĩo ſui generis ſtatu vt neceſſe ſit
omnium rerũ que natura vigeãt ſimilẽ eẽ finem: non eundẽ. ex
quo ĩtelligi debȝ hoĩ id eẽ ĩ bonis vltimũ ſecũdũ naturam viuere
quod ita ĩterpretamur. viuere ex hoĩs natura vndiq; perfecta et
nihil requirẽte. Hec igitur nobis explicanda ſũt. ſȝ ſi enodatius
vos ignoſcetis. huius eĩ etati et huic nũc primũ / hoc fortaſſe au
dieti ſeruire debemus. Ita prorſus iq̃: et ſi ea q̃dẽ que adhuc di

xiſti ꝙ̃uis ad etatē recte iſto mō dicerētur. Expoſita igitur īquit
determīatōe rerum expetēdarū cur iſta res ita ſe hēat(vt dixi)de
īceps demōſtrādū ē. ꝙ̃obeē ordiamur ab eo quod mō poſui: ꝙ i=
dē re abſe primū ē: vt ītelligamus oē aīal ſeipſū diligere. quod ꝙ̃
ꝙ̃ dubitationē nō habꝫ. eſt enī īfixū ī ipā natura ɔprehēditur ſu
is cuiuſq; ſēſibus. ſic vt ɔtra ſi quos dicere velit: nō audiatur. ta=
mē ne quid pretermittamꝰ rōes quoq; cur hoc ſit: afferēdas pu=
to. et ſi quidē pōt ītelligi aut cogitari eē aliquod aīal quod ſe ode
rit. res eī ɔcurrēt ɔtrarie. Nā quō appetitus ille aī aliquid ad ſe
trahere ceperit ɔſulto quod ſibi obſit: qꝫ ſit ſibi īimicus. quō id
ſua cā faciet et oderit ſe / et ſimul diliget: quod fieri nō pōt. Nccē
eſt quidē ſi quis ſibiipſi īimicus ē / ea que bona ſūt: mala putare
bona ɔtra que mala. et que appetēda fugere et que fugiēda appe
tere: que ſine dubio vite ſūt euerſio. Neq; eī ſi nōnulli reperiū=
tur / q̂ aut laqueos / aut alia exitia querāt / aut(vt ille apud Terē
ciū)q̂ decreuit tātiſper ſe minus īinrie ſuo nato facere(vt ait ipſe
dū fiat miſer)īimicus ſibi putādus ē. ſꝫ alii dolore mouētur. alii
cupiditate. iracūdia etiā multi efferūtur. et quō ī mala ſciētes ru
ūt: tamē ſe optīe ſibi ɔſulere arbitrātur. Itaq; dicūt nec dubitant
mihi ſi vſus ē tibi vt opus ē facto / fac velut qui ipīſibi bellū in
dixiſſēt: cruciari dies / noctes torqueri vellēt. nec vero ſeſe ipſi ac
cularēt ob eā cām ꝙ ſeſe male rebus ſuis ɔſuluiſſe dicerēt. Eorū
eī hec ē querela qui ſibi cari ſūt: ſeſeq; diligūt. quare quotiēſcūq;
diceretur male de ſe quis mereri: ſibiq; eē īimicus / atq; hoſtis. vi
tā deniq; fugere ītelligatur aliꝙ̃ ſubeē eiuſmōi cām: vt ex eo ipō
ītelligi poſſit / ſibi queq; eē carū. Nec vero ſatis ē id neminē eē q̂
ipſe ſe oderit. ſꝫ illud quoq; ītelligēdū ē neminē eē qui quomō ſe
hēat: nihil ſua cēſeat īteree. Tolletur eī appetitus aī: ſi vt ī hiis
rebꝰ īter quas nihilītereſt neutrā ī partē propēſiores ſimus. itē
ī nobiſmetipſis queādmodū affecti ſimus nihil nrā arbitremur
ītereē. atꝫ etiā illud ſi q̃ſ decere velit perabſurdū ſit. ita diligi a ſe
ſe queq;: vt ea vis diligēdi ad aliā rē quāpiā referatur. non ad eū
ipſū qui ſeſe diligat. Hoc nō in aīcitiis cū ī officiis / cū ī virtuti
bus dicitur. quōcūq; dicitur ītelligi tamē quid dicatur pōt. ī no=
bis aūt ipſis ītelligi quidē propter aliā quāpiā rē. verbi grā. pro

pter voluptatē nos ↄmemus. propter nos eī illā! nō propter eā noſmetipōs diligimus q̄q̄ quid ē quod magis perſpicuū ſit nō mō carū ſibi queꝗ! verūetiā vehēnter carū eē! quis ē eī aut quotus quiſꝗ! cui mors quō appropīquet! nō refugiat timido languīe / atꝫ exalbeſcat metu? Et ſi hoc quidē ē ī vicio. diſſolutōe nature tā valde perhorreſcere! quod itē ē reprehēdēdū ī dolore. Sꝫ qz fere ſic affitiūtur oēs ſatis argumēti ē ab īteritu naturā abhorrere. Itaꝗ quo magis q̄dā ita faciūt! vt iure etiā reprehēdātur hoc magis ītelligēdū ē. hec ipā nimia ī q̄buſdā futura fuiſſe niſi quedā eēt modica natura. hec vero dico eorū metū mortis q̄ qz priuari ſe vite bonis arbitrēntur. aut qz quaſdā poſt mortē formidīes extimeſcāt. aut ſi metuāt ne cū dolore moriātur. idcirco mortē fugiāt. In paruis eī ſepe qui nihil eorū cogitāt ſi q̄do hiis ludētes mīamur precipitaturos aliūde extimeſcūt. Quīetiā fere īquit Patuuius quib9 abē ad precauēdū ītelligēdi aſtutia ſibi īiecto terrore mortis horreſcūt. Quis aūt de ipō ſapiēte aliter exiſtīat? quīetiā quō decreuerit eē moriendū! tamē diſceſſu a ſuis atꝫ ipā reliquēda luce moueatur. Maxīe aūt ī hoc quidē genere vis ē perſpicua nature! quō z mēdicitatē multi perpeciātur vt viuāt! et āgātur appropīquatōe mortis ↄfecti hoīes ſenectute et ea perferāt! que philoctetā videm9 in fabulis. qui quō cruciarētur nō ferēdis doloribꝰ propagabat. tamē vitā aucupio ſagittarū cōfigebat tardus celeres / ſtas / volātes / vt apud Acciū ē! pēnarūꝗ ↄtextu corporis tegumēta faciebat (de hoīm genere aut oīno de aīaliū loquor) quō arborū et ſtirpiū eadē pene natura ſit. ſiue (vt doctiſſīs viris viſū ē) maior aliq̄ cā atꝫ diuinior hāc vī īgenuit. ſiue hoc ita ſit fortuito! videamus ea que terra gignit corticibus et radicibus valida ſeruari. quod ↄtīgit aīalib9 ſēſuū diſtributōe et quadā cōpactiōe mēbrorū. Qua quidē de re / q̄q̄ aſſētior hiis qui hec oīa regi natura putāt. que ſi natura negligat ipā eē non poſſit! tamē cōcedo vt qui de hoc diſſētiūt exiſtimēt quod velīt. ac vel hoc ītelligāt. ſi q̄do naturā hoīs dicā hoīeꝫ dicere me! nihil eī hoc differt. Nā prius poterit a ſe quiſꝗ diſcedere q̄ appetitū earū rerū que ſibi ↄducāt amittere;

Ca. ii. De natura hominis e corpore animoꝗ conſtante;

Vre igitur grauiſſı̄ ph̄ı iiciū ſūmi boni a natura petiuerūt
et illū appetitū rerū a natura accōmodatarū ı̄generatū puta
uerūt oı̄bus / q̄ ɔtinētur ea ɔmēdatōe nature! q̃ ſe ipı̄ diligūt. deı̄
ceps vidēdū ē (quoniā ſatis apertū eſt ſibi queqꝫ a natura eē carū)
que ſit hoı̄s natura. i. eı̄ de quo querimꝰ. Atq̃ perſpicuū ē hoı̄eꝫ
e corpore aı̄oqꝫ ɔſtare. quom prime ſit aı̄ partes. ſecūde corporis
deı̄de id quoqꝫ videamus et ita figuratū corpus vt excellat aliis
aı̄mqꝫ ita ɔſtitutū! vt ſēſibus ı̄ſtructus ſit. et h̄eat preſtātiā mētis
cui tota hoı̄s natura pareat! in q̃ ſit mirabilis quedā vis rōnis / z
cognitōis / et ſcıe / virtutūqꝫ oı̄um. Nam que corporis ſūt! ea nec
auctoritatē cū aı̄ partibus ɔparādū. et cognitionē habēt faciliorē
Itaqꝫ ab hiis ordiamur Corporis igitur nrı̄ partes / totaqꝫ figu
ra et forma et ſtaturā q̃apta ad naturā ſit! apparet. Neqꝫ ē dubiū
quı̄ frons / oculi / aures / relique partes quales proprie ſūt hoı̄s
ı̄telligatur. ſꝫ certe opus ē ea valere / z vigere / z naturales motꝰ
vſuſqꝫ h̄ere! vt nec abſit q̃d eorū / nec egrū debilitatūve ſit. Id eı̄
natura deſiderat. Eſt eı̄ actio quedā corporis que motus et ſtatus
nature cōgruētis tenet! ı̄ q̇bus ſi peccetur diſtortiōe et deprauatiōe
quadā / aut motu ſtatuve deformi! vt ſi aut maı̄bus ı̄gredia
tur q̇s / aut nō āte! ſꝫ retro fugere! plane ſe ipſe et hoı̄eꝫ ex hoı̄e
exuēs naturā ediſſe videatur. Quobrē quom etiā ſeſſiōes et flexi
fractiqꝫ motus / quales proteruorū hoı̄m / aut molliū eē ſolēt! cō
tra ſūt vt etiā ſi aı̄ vicio id veniat! tamē in corpore ı̄mutari hoı̄s
natura videatur. Itaqꝫ e cōtrario moderati equabileſqꝫ habitus
affectiōes vſuſqꝫ corporis apta eē ad naturā vidētur. Iā vero aı̄mus
nō eē ſolū! ſꝫ etiā cuiuſdā mōi debꝫ eē! vt z oēs partes ſuas
h̄eat ı̄columes et de virtutibus nulla deſit. Atq̃ ı̄ ſēſibus ē ſua cu
iuſqꝫ virtus! vt ne quid ı̄pediat / quo minus ſuo ſēſus quiſqꝫ mu
nere fūgatur ı̄ hiis rebꝰ celeriter expediteqꝫ percipiēdis que ſub
iecce ſūt ſēſibus. Animi aūt et eius aı̄ partis que prı̄ceps ē queqꝫ
mēs noı̄atur. plureſ ſūt virtuteſ! ſꝫ duo prima genera. vnū earū
que ı̄generātur ſuapte natura, appellāturqꝫ nō volūtarie. alterū
earū que ı̄ volūtate poſite magis proprio noı̄e appellari ſolēt q̃
rū ē excellēs in aı̄arum laude preſtātia. Prioris generis ē docili
tas memoria. que fere omnia appellantur vno ingenii nomine

eaſq; virtutes qui habēt īgenioſi vocātur. Alterū aūt genus eſt
magnarū verarūq; virtutū / quas appellamꝰ volūtarias vt pru
dētiā / tēperātiā / fortitudinē / iuſtitiā / et reliquas eiuſdē generis.
Et ſūmatī quidē hec erāt de corpore aīoq; dicenda. quibus quaſi
īformatū ē quod hoīs natura poſtulet. Ex quo perſpicuū ē: quo
niā ipſi a nobis diligamur. oīaq; et ī aīo et ī corpore perfecta ve
limus eē. ea nobis ipſa cara eē propter ſe. et ī hiis eē ad bene vi=
uēdū momēta maxīa. Nā cui propoſita ſit ɔſeruatio ſui: necē eſt
huic partes quoq; ſui caras eē. carioreſq; quo perfectiores ſīt / et
magis in ſuo genere laudabiles. Ea enī vita expetitur: que ſit aī
corporiſq; expleta virtutibus: ī eoq; ſūmū bonū poni necē ē. q̃do
quidē id tale eē debet: vt rerū expetēdarū ſit extremū. Quo co=
gnito dubitari nō pōt quī quom ipſi hoīnes ſibi ſīt per ſe et ſua
ſpōte cari. Partes quoq; et corporis et aī et earū rerū / que ſūt in
vtriuſq; motu z ſtatu: ſua caritate colātur z per ſe ipē appetātur
Quibus expoſitis facilis ē ɔiectura. ea maxīe eē expetēda ex no
ſtris que plurimū habēt dignitatis: vt optīe cuiuſq; partis que
per ſe expetatur / virtus ſit expetēda maxīa. Ita fiet: vt aī virtus
corporis virtuti āteponatur / aīq; virtutes nō volūtarias vīcant
virtutes volūtarie. que quidē proprie virtutes appellātur mul=
tūq; excellūt: propterea ꝙ ex rōe gignūtur / qua nihil ē in hoīe
diuinius. Eſt eī oīm rerū quas et creat natura et tuetur / que aūt
ſine aīo ſīt / aut multo ſecus eorū ſūmū bonū ī corpore ē vt nō
īſcite illud dictū videtur ī ſue aīmū illi pecudi datū pro ſale ne
putreſceret. Sūt aūt beſtie quedā / ī quibꝰ ineſt aliquid ſimile vir
tutis: vt ī leonibus / vt ī caībus / vt ī equis / in quibꝰ nō corporū
ſolū vt ī ſuibus: ſ; etiā aīorū aliqua ex parte motus aliquos vi=
demus. In hoīe aūt ſūma oīs aī eſt et ī aīo rōnis ex qua virtus
eſt / que rōnis abſolutio diffinitur / quā etiā at; etiā explicādā pu
tāt. Earū etiā rerū quas terra gignit educatio quedā et perfectio
ē nō diſſimilis aīantiū. Itaq; et viuere vitē et mori dicimꝰ / arbo
rēq; et nouellā et vetulā z vigere et ſeneſcere. Ex quo nō ē alienū
vt aīantibus ſic illis et apta quedā ad naturā / āputareq; aliena ea
rūq; augēdarū et alēdarū q̃dā cultricē eē: que ſit ſcia atq; ars agri
colarū que circūcidat / āput; / erigat / extollat / adminiculetur: vt

quo natura ferat⸗eo poſſit ire.ipſe vites ſi loqui poſſēt:ita ſe tra
ctādas/tuēdaſq; eē fateātur.Et nūc q̄dē quod eā tuetur(vt de vi
te potiſſimū loq̄r)ē id extrīſecus.In ipā ei parū magna vis ē vt
q̄optie ſe hēre poſſit⸗ ſi nulla cultura adhibeatur.At vero ſi ad
vitē ſēſus acceſſerit⸗vt appetitū quendā hēat z per ſeipſā mouea=
tur⸗ q̄d facturā putas? an ea que per vintorē ātea ꝯſequebatur⸗
per ſeipſā curabit?ſʒ vides ne acceſſurā ei curā⸗vt ſēſus quoq; ſu
os ecrūq; oīum appetitū/et ſi q̄ ſūt ei mēbra adiūcta tueatur.ſic
ad illa que ſēper habuit iūgit ea que poſtea acceſſerīt.nec eūdē fi
nē hēbit quē cultor eius hēbat.ſʒ volet ſecūdū eā naturā(que po
ſtea ei adiūcta ſit)viuere.Ita ſimilis erit z finis boni atʒ ātea fu
erat. neq; idē tamē.Nō eī iā ſtirpis bonū queret⸗ſʒ aīalis. quod
ſi nō ſēſus mō ei ſit datus⸗verū etiā animus hoīs nō ncc̄ē ē:et il
la priſtina manere et tuēda⸗īter hec multo eē cariora que acceſſe
rīt/aīq; optimā q̄q; partē cariſſimā⸗in eaq; expletōe nature ſūmi
boni finē ꝯſiſtere. quom lōge multūq; preſtet mēs atq; rō⸗ſic et
extremū oīum appetendorū atq; ductum a prima cōitate nature
multis gradibꝫ aſcēdit⸗vt ad ſūmū perueniret quod cumulatur
ex ītegritate corporis z ex mētis rōe perfecta.Quom igitur ea
ſit quā expoſui forma nature ſi vt īicio dixi ſimulatq; ortꝫ eēt⸗ſe
quiſq; cognoſceret/ iudicarecq; poſſet que vis z tocius eēt nature
et parciū ſigularū ꝯtinuo videret/ quid eēt hoc quod querimus
oīum rerū q̄s expetimus ſūmū et vltimū . nec vlla ī re peccare
poſſʒ.Nūc vero a primo quidē mirabiliter occulta natura ē⸗nec
perſpici nec cognoſci pōt.Progrediētibus aūt etatibus ſenſī/tar
deue⸗pocius q̄ ſi noſmetipōs cognoſcimus.Itaq; illa prima ꝯmē
datio que a natura nrī facta ē⸗nobis obſcura ēt īcerta ē primuſq;
appetitus ille aī tātū agit⸗vt ſalui atʒ ītegri eē poſſimꝫ.quō aūt
diſpicere ceperimus z ſētire q̄d ſimus/et quid aīantibus ceteris
differamus⸗tū ea ſequi īcipimus ad que nati ſumus.Quā ſimi
litudinem videmus in beſtiis que primo in quo loco nate ſunt⸗
ex eo ſe non commouent . deinde ſuo queq; appetitu mouetur⸗
ſerpere anguiculos/ nare anaticulas/ euolare merulas/corni=
bus vti videmus boues/veſpas aculeis. ſuam deniq; cuiq; natu=
ram eſſe ad viuendum ducem. Que ſimilitudo in genere etiam

humano apparet. Parui ei primo ortu ſic iacēt / tāq̄ oīo ſine aīo
ſit. Quom aūt paululū firmitatis acceſſerit. et aīo vtūtur et ſen
ſibus ɔnitūturq; vt ſeſe erigāt et manibus vtātur. et eos agnoſ=
cūt a quibus educātur. deīde equalibus delectātur. libēterq; ſe cū
his ɔgregāt. dātq; ſe ad ludēdū / fabularūq; auditiōe ducūtur. de
q; eo quod ipſis ſuperat aliis gratificari volunt. aīaduertūtq; ea
que domi fiūt curioſius. incipiūtq; ɔmētari aliquid et diſcere et
eorū quos vidēt nō ignorare noīa. quibuſq; rebus cū equalibus
decertāt. ſi vīcūt! efferūt ſe letitia. victi debilitātur / aīoſq; demit=
tūt! quorū ſine cā fieri nil putādū eſt. Eſt eī natura ſic generata
vis hoīs / vt ad omnē virtutē percipiēdā! facta videatur ob eāq;
cauſā parui virtutū ſimulacris. qui quarū ī ſe habēt ſemina ſine
doctrina mouētur. Sūt ei prima elemēta nature! quibus auctis
virtutis quaſi carmē efficitur. Nā quom ita nati factiq; ſimus!
vt et agēdi aliquid z diligēdi aliquos / et liberalitatis / et referēde
grē prīcipia in nobis ɔtineremus! atq; ad ſciētiā / prudētiā / forti
tudinēq; aptos aīos haberemus. a ɔtrariiſq; rebus alienis! nō ſi
ne cā eas quas dixi ī pueris virtutū quaſi ſcītillulas videmus. e
quibus accēdi phī rō debet! vt eā quaſi deū ducē ſubſequēs ad na
ture perueniat extremū. Nā (vt ſepe iā dixi) in infirmitate / ībe=
cillaq; mēte vis nature per caliginē cernitur. Quom aūt progre
diēs ɔfirmatur animus! agnoſcit ille quidē nature vī. ſed vt pro
gredi poſſit lōgius per ſe! ſit tamē inchoata. Intrādū eſt igitur
in rerū naturā et penitus quid ea poſtulet peruidēdū. aliter enī
noſmetipſos noſſe nō poſſumus. quod preceptū qz maius erat
q̄ vt ab hoīe videretur! idcirco aſſignatū ē deo. Iubʒ igitur nos
Pythius Apollo noſcere noſmetipſos. Cognitio aūt hec eſt vna
vt vī nrī corporis aminiq; norimus. ſequamurq; eā vitā que re=
bus ipſis fruatur. Quoniā aūt is aī appetitus a prīcipio fuit! vt
ea que dixi q̄ perfectiſſīa a natura haberemus. ɔfitēdū eſt quō id
adepti ſimus quod appetitū ſit! in eo quaſi vltīo ɔſiſtere naturā
atq; id eē ſūmū bonū quod certe vniuerſū ſua ſpōte ipſū expeti
et propter ſe necē eſt! quoniā āte demōſtratū eſt! etiā ſingulas e=
ius partes eē per ſe expetēdas. In enumerādis aūt corporis cō=

modis ſi quis permiſſã a nobis voluptatē putabit/in aliud tem=
pus queſtio differatur.

Ca.iii. Oſtendit inductiue ꝙ in qualibet parte nature eſt vis appetitiua perfectionū naturaliū omni emolumēto ſecluſo.

Trum enī ſit voluptas in hiis rebus quas primas ſecun=
dum naturā eē diximus nec ne ſit ad id quod agimus/ni=
hil intereſt. Si enī(vt mihi quidē videtur)nō explet bona natu=
re voluptas/in re pretermiſſa eſt. ſin eſt in ea quod quidem vo=
lūt nihil impedit hanc noſtrā cōprehenſionē ſūmi boni. Que eī
conſtituta ſūt prima nature/ ad ea ſi voluptas acceſſerit/ vnū ali
quod acceſſerit cōmodum corporis. neqꝫ eā cōſtitutionē ſūmi bo
ni que eſt propoſita mutauerit. Et adhuc quidem ita nobis pro
greſſa ratio eſt/vt ea duceret omnis a prima cōmendatiōe natu=
re. Nūc aūt aliud iā argumētandi ſequamur genus/ vt nō ſolū
quia nos diligamus/ſꝫ quia cuiuſqꝫ partis nature/et in corpore
et in animo ſua queqꝫ vis ē. idcirco in hiis rebus ſūma nrā ſpōte
moueamur. Atqꝫ(vt a corpore ordiar)videſne vt ſi qua que ī mē
bris praua/aut debilitata/aut immutata ſint. occultēt hoīes. vt
etiā cōtendāt et laborēt ſi efficere poſſint/vt aut nō appareat cor
poris vitiū/aut ꝙminimū appareat/ multoſqꝫ etiam dolores cu
rationis cauſa perferāt. vt ſi ipē vſus mēbrorū nō mō nō maior
verū etiā minor futurus ſit/eorū tamē ſpecies ad naturā reuer=
tatur. Et enī quom omnes natura totos ſe expetēdos putēt/nec
id ob aliā rem/ſꝫ propter ſeipſos/neceſſe eſt eius etiā partes pro
pter ſe expeti. quod vniuerſū propter ſe expetatur. quod in mo=
tu et in ſtatu corporis nihil ne eſt/quod animaduertēdū eſſe ipā
natura iudicet. quēadmodū quis ambulet ſedeat qui ductus oris
qui vultus in quoqꝫ ſit nihil ne eſt in hiis rebus quod dignū li=
bro aut indignū eſſe ducamus? Nōne odio dignos multos puta
mus/qui quodā motu aut ſtatu vidētur nature legē et modum
contempſiſſe? Et quoniā hec deducūtur de corpore/quid eſt cur
nō recte pulchritudo etiā ipſa propter ſe expetenda ducatur. Nā
ſi prauitatem imminutionēqꝫ corporis propter ſe fugiēdam pu
tamus/ cur nō etiam ac fortaſſe magis propter ſe forme digni=

tatē ſequamur. Et ſi turpitudinē ſugiamus in ſtatu et motu cor
poris: quid eſt cur pulchritudinē nō ſequamur. atq; valitudinē /
vires / vacuitatē doloris / nō propter vtilitatem ſolū: ſꝫ etiā ipſas
propter ſe expetemus? Quoniā enim natura ſuis omnibus ex=
pleri partibus vult: hūc ſtatū corporis per ſeipſū expetit: qui ē
maxime e natura. que tota perturbatur: ſi aut egrū corpus eſt /
aut dolet / aut caret viribus. Videamus animi partes quarū eſt
aſpectus illuſtrior. que quo ſūt excelſiores. eo dāt clariora iudi=
cia nature Tātus eſt igitur innatus nobis cognitionis amor et
ſciētie: vt nemo dubitare poſſit. quī ad eas res hoīm natura nul
lo emolimēto inuitata rapiatur. Videmuſne vt pueri ne verbe=
ribus quidē a contēplandis rebus perquirēdiſq; deterreātur? aut
pulſi requirāt. et aliquid ſcire ſe gaudeant: et aliis narrare geſti
ant vt pōpa ludis atq; eiuſmōi ſpectaculis teneātur. ob eāq; rem
aut famē. aut ſitī perferāt? Quid vero qui ingeniis ſtudiiſq; atꝫ
artibus delectātur. nōne videmus eos nec valitudinis nec rei fa
miliaris habere rōnē? oīaq; perpeti ipſa cognitiōe et ſciētia cap=
tos. et cū maximis curis et laboribus cōpenſare eā / quā ex diſcē
do capiāt voluptatē. mihi quidē Homerus huiuſmōi quicq̄ vi=
diſſe videtur in hiis que de ſirenū cātibus finxerit. Neq; ei vocū
ſuauitate vidētur aut nouitate quadā et varitate cātandi reuoca=
re eos ſolite / qui preteruehebātur. ſꝫ qꝫ multa ſe ſcire profitebā
tur vt hoīes ad earū ſaxa diſcēdi cupiditate adhereſcerēt. Ita enī
inuitāt Vliſſē. nā verti vt quedā Homeri ſic iſtū locū. O decus
argolicū q̄ puppī flectis vliſſes. Auribus vt nrōs poſſis agnoſce
re cātus. Nā nemo hec vnq̄ eſt trāſuectus cerula curſus. Quin
prius aſtiterit vocū dulcedīe captus. Poſt variis auido ſatiatus
pectore muſis. Doctior ad patrias lapſus peruenerit oras. Nos
graue certamē belli cladēq; canemus. Grecia quā troie diuio nu
mīe vexit. Oīaq; elatis regū veſtigia terris. Vidit homerus pro
bari fabulā nō poſſe. ſi canciūculis tātus vir irreticus teneretur
ſcīaꝫ polliceretur quā nō erat mirū ſapiētie cupido patria cariorē
Atq; oīa quidē ſcire cuiuſcūq; modi ſit cupere curioſorū. duci ve
ro maiorū rerū contēplatiōe ad cupiditatē ſciētie ſūmorū virorū

eſt putādū. Quē ei ardorē ſtudii cēſetis fuiſſe ī archimede qui dū
ī puluere quedā deſcribit attētus! ne patriā captā eē ſēſerit? Quā
tū Ariſtoxeni īgeniū cōſūptū videmus in muſicis? Quo ſtudio
Ariſtophanē putamus etatē ī litteris duxiſſe? Quid de Pytha-
gora, quid de Platōe, aut Democrito loquar? a quibus propter
diſcēdi cupiditatē videmus vltimas terras eē peragratas que q̃
nō vidēt nihil vnq̃ magna cognitiōe dignū amauerūt. atq; hoc
loco qui propter animi voluptates coli dicunt ea ſtudia que dixi
nō intelligūt idcirco eē ea propter ſe expetēda! ꝗ nulla vtilitate
obiecta delectētur animi. atq; ipſa ſciētia etiā ſi incōmoda datura
ſit gaudeāt. Sʒ quid attinet de rebus tā apertis plura requirere
Ipſi eī queramus a nobis ſtellarū motus cōtēplatiōeſq; rerū ce-
leſtiū / eorūq; oīm que nature obſcuritate occultātur cognitiōes
quēadmodū nos moueāt. et quid hiſtoria delectet / quā ſolemus
perſequi vſq; ad extremū pretermiſſa repetimus inchoata perſe
quimur. Nec vero ſū inſcius eſſe vtilitatē ī hiſtoria nō mō volu
ptatē. Quid quom fictas fabulas e quibus vtilitas nulla dici po
teſt / cū voluptate legimus? Quid quom volumus noīa eorū q̃
quid geſſerīt nota nobis eē / parētes / patriā / multa preterea mi-
nime neceſſarie? Quid ꝗ hoīes īfima fortuna nulla ſpe rerū ge
rēdarū / opifices deniq; delectētur hiſtoria? maximeq; eos videre
poſſumus res geſtas audire / et legere velle. qui a ſpe gerēdi ab
ſūt cōfecti ſenectute? Quocirca ītelligi neceſſe eſt in ipſis rebus
que diſcūtur et cognoſcūtur inuitamēta īeſſe! quibus ad diſcēdū
cognoſcēdūq; moueamur. Ac veteres quidē phī ī beatorū quidē
īſulis fingūt qualis nature ſit vita ſapiētū! quos cura omni libe
ratos nullū neceſſariū vite cultū aut paratū requirētes nihil ali
ud eē acturos putāt! niſi oē tēpus ī querēdo ac diſcēdo in nature
cognitiōe cōſumāt. Nos aūt nō ſolū beate vite iſtā oblectationē
videmus! ſʒ etiā leuamētū miſeriarū. Itaq; multi cū in poteſtate
eſſēt hoſtiū / aut tyrānorū! multi ī cuſtodia! multi in exilio dolo-
rē ſuū doctrine ſtudiis leuauerūt. Priceps huius ciuitatis Pha
lereus demetrius cū patria pulſus eēt īiuria! ad Ptolemeū ſe re
gē alexādriā cōtulit. q̃ cū ī hac ipſa phīa ad quā te hortamur ex-

telleret. Theophraſtiq; eſſet auditor multa preclara in illo cala=
mitoſo ocio ſcribit nõ ad vſũ aliquẽ ſuũ quo erat orbatus. ſʒ ani
mi cultus ille erat ei quaſi quidã humanitatis cibus. Equidẽ id
ex Aufidio pretorio erudito hoīe oculis capto / ſepe audiebã! cũ
ſe lucis magis q̃ꝫ vtilitatis deſiderio moueri diceret. Somnũ de=
niq; nobis niſi quietẽ corporis et medicinã quandã laboris affer
ret! cõtra naturã putaremus datũ. Aufert ei ſẽſus. actionẽ tollit
omnẽ. Itaq; ſi aut quietẽ natura nõ quereret / aut eã poſſet qua=
dã alia rõe cõſequi! facile pateremur. qui etiã nũc agẽdi aliquid
diſcẽdiq; cã prope cõtra naturã vigiliã ſuſcipere ſoleamus. Sunt
aũt clariora vel plane perſpicua nec dubitãda iudicia nature ma
xime ſcʒ in hoīe: ſed in omni aīali! vt appetat animus aliquid a=
gere ſẽper. neq; vlla cõditione quietẽ ſẽpiternã poſſit pati! facile
eſt hec cernere in primis puerorũ etatulis. q̃ꝫq̃ꝫ ei vereor ne mi=
nus in hoc genere videar! tamẽ oẽs veteres phī maxie nrī ad in
cunabula accedũt. quod in pueritia facillīe ſe arbitrẽtur nature
voluptatẽ poſſe cognoſcere. Videmus igitur vt cũ quieſcere ne
infãtes quidẽ poſſint. quom vero paulũ proceſſerĩt / luſionibus
vel laborioſi delectãtur / vt ne verberibus deterreri poſſĩt. eaq;
cupiditas agẽdi aliquid adoleſcit vna cũ etatibus. Itaq; niſi iocũ
diſſimis nos ſomnis vſuros putemus! Endimionis ſomnũ no=
bis nolimus dari. idq; accidat. mortis inſtar putemus. Quĩ etiã
ĩcertiſſĩos hoĩes neſcio qua ſĩgulari ſegnitie preditos / videmus
tamẽ et animo et corpore moueri ſemper. Et cũ rẽ nulla ĩpediã=
tur necãria / aut alueolũ poſcere aut querere quẽpiã ludũ aut ſer
monẽ aliquẽ requirere. Quomq; nõ habeãt ingenuas ex doctrĩa
oblectationes / circulos aliquos et ſemicirculos cõſectari. Nec be
ſtie quedẽ! quas delectationis cã cõcludimus quom copioſius alã
tur! q̃ꝫ ſi eẽnt libere! facile patiũtur ſeſe cõtineri. motuſq; ſolutos
et vagos a natura ſibi tributos requirũt. Itaq; vt quiſq; optĩe na
tus inſtitutuſq; eſt! eẽ omnino nolit in vita! ſi gerendis negociis
orbatus poſſit paratiſſimis veſci voluptatibus. Nã aut priuatim
aliquid gerere malũt / aut qui altiore animo ſũt capeſſũt rẽpub.
honoribus ĩperiiſq; adipiſcẽdis! aut totos ſe ad ſtudia doctrine cõ

ferūt. qua in vita tātum abeſt. vt voluptates cōſectētur/ etiā cu-
ras/ ſollicitudines/ vigilias/ perferūt. optīaꝗ parte hoīs que in
nobis diuina ducēda eſt/ ingenii et mētis acie fruūtur/ nec volu
ptates requirētes nec fugiētes laborē. Nec vero intermittūt aut
admiratione earū rerū que ſūt ab antiquis reperte/ aut inueſti-
gatiōe nouarū quo ſtudio cū ſaciari nō poſſunt omniū ceterarū
rerū obliti/ nihil abiectū/ nihil humile cogitāt. tātaꝗ eſt vis ta-
libus in ſtudiis/ vt eos etiā qui ſibi alios propoſuerūt fines bo-
norū (quos vtilitate aut voluptate dirigūt) tamē in rebus querē
dis explicādiſꝗ naturis etates cōterere videamus. Ergo hoc qui
dē apparet nos ad agēdū eē natos. actionū aūt genera plura vt
obſcurētur etiā minora maioribus. Maxime aūt ſunt primū (vt
mihi quidē videtur) et hiis quorū nūc in rōne verſamur/ cōſide
ratio cognitiove rerū celeſtiū. et earū quas a natura occultatas
et latētes indagare rō pōt. deinde rerūpub. adminiſtratio/ aut ad
miniſtrādi ſciēdiꝗ prudēs/ tēperata/ fortis/ et iuſta ratio. relique
ꝗ virtutes et actiones virtutibus cōgruētes. que vno verbo cō-
plexi omnia honeſta dicimus. Ad quorū etiā cognitionē et vſū
iā corroborati natura ipſa preeūte deducimur. Omniū enī rerū
prīcipia parua ſūt/ ſ3 ſuis progreſſionibus vſa augētur. nec ſine
cā. In primo eī ortu īeſt temeritas z mollicies quedā vt nec res
videre optīas nec agere poſſit. Virtutis eī beateꝗ vite que duo
maxime expetēda ſūt/ ſerius lūmē apparet/ multo etiā ſerius vt
plane qualia ſit intelligātur. Preclare eī Plato beatū cui etiā in
ſenectute cōtigerit/ vt ſapientiā veraſꝗ opiniones aſſequi poſſit.

Ca. iiii. Inducit in omībus etatibus et gētibus et ſignāter in romanis perpulchra exempla ꝙ ſemper honeſtū dilexerint et turpitudinē oderint.

Vare quoniā de primis nature cōmodis ſatis dictum eſt/
nūc de maioribus cōſequētibuſꝗ videamus. Natura igi-
tur corpus quidē hoīs ſic et genuit et firmauit/ vt alia in primo
ortu perficeret/ alia progrediēte etate figeret. neꝗ ſane multum
adiumentis externis et aduētiaiis vteretur. Animū aūt reliquis
rebus ita perfecit/ vt corpus. Sēſibus eī ornauit ad res percipi-

endas idoneis/vt nihil/aut non multū adiumēto vllo ad ſuā cō
firmationē indigeret. Quod aūt in hoīe preſtātiſſimū atq; opti=
mū eſt/id deſeruit. et ſi dedit talē mētē que oēm virtutē iā accipe
re poſſet. īgenuitq; ſine doctrina notitias paruas rerū maxīarū
et quaſi īſtituit docere. et īduxit ī ea que inerāt tāq̄ elemēta vir=
tutis/ ſʒ virtutē ipſā inchoauit. nihil itaq; amplius noſtrum eſt
quod noſtrū dico artis eſt/ad ea prīcipia que accepimus cōſequē
tia exquirere. quoad ſit id quod volumus effectū. quid quidem
pluris ſit haud paulo/ magiſq; ipſū propter ſe expetēdū/ q̄ aut
ſēſus aut corporis ea que diximus. quibus tātū preſtat mētis ex
cellēs perfectio/vt vix cogitari poſſit quid interſit. Itaq; omnis
honos/oīs admiratio/oē ſtudiū/ad virtutē et ad eas actiōes que
virtuti ſūt cōſētanee refertur. eaq; oīa que aut ita in animis ſūt/
aut ita gerūtur vno noīe honeſta dicūtur. quorū oīm queq; ſūt
notitie/queq; ſignificētur rerū vocabulis/queq; cuiuſq; vis ⁊ na
tura ſit/ mox videbimus. Hoc aūt loco tātū explicemus preter
q̄ q nosmetipſos diligamus. preterea ſuapte natura per ſe eē ex
petēda indicāt pueri. in quibus vt in ſpeculis natura cernitur.
Quāta ſtudia decertātiū ſūt? q̄ta ipſa certamina? vt illi efferun=
tur letitia quom vicerint. vt pudet victos vt ſe accuſari volunt/
quā cupiūt laudari. quos illi labores nō perferūt vt equaliū prī
cipes ſit. que memoria eſt ī hiis bene merētiū. que referēde gra
tie cupiditas. Atq; ea in optīa quaq; indole maxīe apparēt ī qua
hec hoēſta que intelligimus a natura tāq̄ adūbrātur. ſʒ in pue=
ris expreſſa. In hiis vero etatibus que iā cōfirmate ſūt/quis eſt
tā diſſimilis hoī qui nō moueatur et offēſiōe turpitudinis et cō=
probatione hoēſtatis? Quis eſt qui nō oderit libidinoſā proter=
uā adoleſcētiā? quis cōtra in illa etate pudorē/ cōſtātiā etiā ſi ſua
nihil interſit nō tamē diligat? Quis Pullum Numitorē fregel
lanū proditorē (q̄ q̄ reip. nrē profuit) nō odit? Quis verbis con
ſeruatorē Codrū/quis Ericthei filias nō maxīe laudat/cui Tu=
bulli nomē odio nō eſt? Quis Ariſtidē nō mortuū diligit? An
obliuiſcimur quātopere in audiēdo legēdoq; moueamur/ quom
pie/quom amice/quom magno aīo aliquid factū cognoſcimus

Quid loquar de nobis/qui ad laudē et ad decus nati/ſuſcepti/in
ſtituti ſumus? quid clamores vulgi atq̧ imperitorū excitātur in
theatris: quom illa dicūtur. ego ſū Oreſtes/ contraq̧ ab altero.
Immo enī vero ego ſū inq̄ Oreſtes? Quom aūt exitus ab vtro
q̧ datur cōturbato errātiq̧ regi: ābos ergo vna viuere precamur
quotiēs hoc agitur et quando ne niſi admirationibus maximis?
Nemo eſt igitur qui nō hāc affectionē animi probet atq̧ laudet
qua nō mō vtilitas nulla queritur: ſʒ cōtra vtilitatē etiā cōſerua
tur fides. Talibus exēplis nō ficte ſolū fabule: verū etiā hiſto-
rie referte ſūt. et quidē maxīe nrē. Nos eī ad ſacra accipiēda opti
mū virū delegimus/nos tutores miſimus regibus. nrī īperato
res pro ſalute patrie ſua capita vouerūt. nrī cōſules regē inimi-
ciſſimū menibus iā appropīquātē monuerūt/a veneno vt caue-
ret. Nrā in rep. Lucrecia(et que per vī oblatū ſtuprū volūtaria
morte lueret)inuēta eſt: et qui interficeret filiā ne ſtupraretur.
Que quidē oīa et innumerabilia. preterea quis eſt qui nō ītelli-
gat et eos qui fecerīt dignitatis ſplēdore ductos immemores fu
iſſe vtilitatū ſuarū. neſq̧ quom ea laudemus nulla alia re niſi ho
neſtate duci? Quibus rebus expoſitis breuiter(nec eī ſū copiam
quā potui: qz in re nulla erat perſecutus) ſed hiis rebus cōcludi
tur profecto et virtutes oēs et hoēſtū illud quod ex hiis virtuti
bus exoritur: et ī hiis heret. eē per ſe expetēdū. In omni aūt ho
neſto de quo loquimur nihil eſt tā illuſtre/nec quod lacius pate
at q̄ coiūctio inter hoīes hoīm et quaſi quedā ſocietas et cōmuni
catio vtilitatū. et ipſa caritas generis humani que nata a primo
ſatu quo a procreatoribus nati diligūtur. et tota domus coiugio
et ſtirpe coiūgitur: ſerpit ſēſim foras cognatiōibus primū. tum
affinitatibus. deinde amicitiis. poſt in ciuitatibus cum ciuibus:
et hiis qui publice ſocii atʒ amici ſūt. deinde totius cōplexu gen
tis hūane: que animi effectio ſuū cuiq̧ tribuēs: atq̧ hāc quā di-
co ſocietatē coiūctionis hūane munifice et eque tuēs iuſticia dici
tur: cui ſūt adiūcte pietas/bonitas/liberalitas/benignitas/co-
mitas/queq̧ ſūt generis eiuſdē. Atq̧ hec ita iuſticie propria ſūt
vt ſint virtutū reliquarū coīa. Nā quom ſic hoīs ſtatura genera-

ta ſit. vt habeat quiddam innatũ quaſi ciuile atq; populare. quod
greci   vocãt: quicquid aget queq; virtus id a comi
tate et ea (quã expoſui) caritate atq; ſocietate humana nõ abhorre
bit. viciſſimq; iuſtitia vt ipſa ſe fũdet vſu in ceteras virtutes: ſic
illas expetet. Seruari eĩ iuſtitia niſi a forti viro niſi a ſapiẽte nõ
põt. Qualis eſt igitur omnis hec (quã dico) cõſpiratio cõſenſuſq;
virtutũ: tale eſt illud ipſum honeſtũ. quando quidẽ honeſtũ aut
ipſa virtus eſt: aut res geſta virtute. quibus in rebus vita cõſen
tiẽs virtutibuſq; reſpõdens recta / et honeſta / et cõſtãs / et nature
cõgruẽs / exiſtimari põt. Atq; hec coniũctio cõfuſioq; virtutũ ta
mẽ a phis rõne quadã diſtinguitur. nã quom ita copulate cõne=
xeq; ſũt vt oẽs oĩm participes ſint: nec alia ab alia poſſit ſeparari
tamẽ propriũ ſuũ cuiuſq; munus eſt. vt fortitudo in laboribus
periculiſq; cernatur. tẽperãtia in pretermittẽdis voluptatibus.
prudẽtia in delectu bonorũ et malorũ. iuſtitia in ſuo cuiq; tribu
endo. Quãdo igitur ineſt in omĩ virtute cura quedã quaſi foras
ſpectãs / alioſq; appetẽs atq; cõplectens / exiſtit illud: vt amici / vt
frẽs / vt propiqui / vt affines / vt ciues / vt oẽs deniq; quãdo vnã
ſocietatẽ hominũ eẽ volumus propter ſe expetẽdi: atq; eorũ ni=
hil eſt eius generis: vt ſit in fine atq; extremo bonorũ. Ita fit vt
duo genera propter ſe expetẽdorum reperiãtur. vnũ quod eſt in
hiis in quibus cõpletur. que ſũt aut animi aut corporis. hec aũt
que ſũt extrinſecus. i. que neq; in animis ſũt neq; in corpore / vt
amici / vt parẽtes / vt liberi / vt propinqui / vt ipſa patria: ſũt illa
quidẽ ſua ſpõte cara. ſʒ eodẽ in genere quo illa nõ ſũt. Nec vero
quiſꝗ̃ ſũmũ bonũ aſſequi vnꝗ̃ poſſet ſi oĩa illa que ſunt extra:
q̃ꝗ̃ expetẽda ſũmo bono cõtinerentur. Quomõ igitur inquies
verũ eſſe poterit omnia referri ad ſũmũ bonũ: ſi propĩquitates
ſi reliqua externa ſũmo bono nõ cõtinerẽtur? Hac viʒ ratiõe ꝗ
ea que externa ſũt hiis tuemur officiis / que oriũtur a ſuo cuiuſ
q; genere virtutis. Nã et amici cultus / et parẽtis / et officio fun
gitur in eo ipſo prodeſt. ꝗ ita fũgi officio in recte factis eſt. que
ſũt orta virtutibus que quidẽ ſapiẽtes vtẽtes ſequũtur tanꝗ̃ du=
ce natura. Nõ perfecti aũt hoĩes / et tamẽ ingeniis excellẽtibus

prediti excitātur ſpe glorie. que habet formā honeſtatis. et ſimi
litudinē. Quod ſi ipſā honeſtatē vndiq; perfectā et abſolutā rem
vnā preclariſſimā oīm maximeq; laudādā penitus viderēt! quo=
nā gaudio cōplerētur / quom tātopere eius adūbrata opiniōe le=
tētur? Quem ei deditū voluptatibus / cupiditatū incēdiis inflā=
matū in hiis pociēdiſq; acerrie corripuiſſet tāta letitia perfūdi ar
bitramur! quāta aut ſuperiorē Africanū annibale victo! aut po=
ſteriorē carthagine euerſa. Quē thiberiana diſſēſio feſto illo die
tāto gaudio affecit quāto. L. Paulū quom regē perſē captū ad=
duceret eodē flumie iuecto? Age nūc Luci noſter extrue aīo alti
tudinē excellētiāq; virtutū? iā nō dubitabis quā earū cōpotes ho
mines magno aīo erectoq; viuētes ſēper ſīt beati! qui oēs motus
fortune / mutatiōeſq; rerū et tēporū leues et imbecilles fore ītel
ligāt! ſi in virtutis certamē venerit. Illa ei que ſūt a nobis bona
corporis numerata! cōplēt ea quidē beatiſſimā vitā. ſ; ita vt ſine
illis poſſit beata vita exiſtere. Ita enī parue et exigue ſūt iſte ac=
ceſſiones bonorū / vt quēadmodū ſtelle in radio ſolis! ſic iſte ī vir
tutū ſplēdore ne cernātur quidē. Atq; hoc vt vere dicitur parua
eſſe ad beate viuēdū mométa iſta corporis cōmodorū! ſic nimis
violētū eſt nulla eē dicere. qui enī ſic diſputant obliti mihi viden
tur / que ipſi egerit pricipia nature. Tribuēdū igitur eſt hiis ali
quid. dūmō q̄tū tribuēdū ſit intelligas. Eſt tamē phī nō tā glo=
rioſa! q̄ vera querētis. nec pro nihilo putare ea que ſecūdū natu
rā! illi ipſi glorioſi eē fatebātur et videre tātā vī virtutis! tantāq;
(vt ita dicā) auctoritatē honeſtatis! vt reliqua nō illa quidē nulla
ſed ita parua ſint! vt nulla eē videātur. Hoc eſt nō oīa ſpernētis
preter virtutē et virtutē ipſā ſuis laudibus āplificātis. Oratio de
niq; hec eſt vndiq; cōpleta et perfecta explicatio ſūmi boni. Hinc
ceteri particulas arripere conati ſuā quiſq; videri voluit afferre
ſētentiā. Sepe ab Ariſtotele! a Theophraſto mirabiliter eſt lau=
data pro ſeipſa rerū ſciētia. Hoc vno captus Herilius ſciētiā ſū=
mū bonū eē defēdit. nec rē vllā aliā per ſe expetēdā. Multa ſunt
dicta ab antiquis de cōtēnēdis ac deſpiciēdis rebus hūanis. Hoc
vnū Ariſto tenuit preter vitia atq; virtutes negauit rē eē vllam

aut fugiendam aut expetēdam. Poſitum eſt a noſtris in hiis eſſe
rebus que ſecūdum naturā eſſent nō dolore. Hoc Hieronymus
ſūmum bonum eſſe dixit. At vero Calipho et poſt eū diodorus
quom alter voluptatem admouiſſet/ alter vacuitatē doloris: neu
ter honeſtate carere potuit/ que eſt a noſtris laudata maxīe. Quī
etiam ipſi voluptarii diuerticula querāt. et virtutes habeāt ī ore
totos dies. voluptatem primo dumtaxat expeti dicant. deinde cō
ſuetudine quaſi alteram naturā effici. qua impulſi multa faciūt
nullā queretes voluptatem. Stoici reſtāt. hii quidem nō vnam
aliquā aut alteram a nobis/ ſʒ totam ad ſe noſtram philoſophiā
tranſtulerūt. atqʒ vt reliqui fures earū rerum quas ſigna cōmu
tant/ ſic illi vt ſententiis noſtris pro ſuis vterētur nomina tanq̃
rerum notas mutauerūt. Ita relinquitur ſola hec diſciplina di=
gna ſtudioſis ingenuarū artium. digna eruditis. digna claris vi
ris. digna principibus. digna regibus. Que quom dixiſſet: pau
lumqʒ inſtitiſſet/ quid eſt inquit ſatiſne vobis videor pro meo iu
re in veſtris auribus cōmētatus? Et ego tu vero inquā Piſo vt
ſepe alia/ ſic hodie iſta noſſe viſus es. vt ſi cui copia nobis ſēper
fieret/ non multis grecis ſupplicādum putarem. quod quidē eo
probaui magis ꝙ memini Italeam Neopolitanū doctorem illū
tuum nobilē ſane peripatheticū aliquādo iſta ſecus dicere ſolitū
aſſentiētem hiis qui multū in fortuna ſecunda aut aduerſa/ mul
tum in bonis aut malis corporis ponerēt. Eſt vt dicis inquit ſʒ
hec ab Antiocho noſtro familiari dicūtur multo melius et for=
tius/ q̃ a Staſea dicebātur. ꝙꝙ ego nō quero quid tibi a me pro
batum ſit. ſed huic Ciceroni noſtro/ quē diſcipulū cupio te abdu
cere. Tum lucius mihi vero iſta valde probata ſunt/ quod item
fratri puto. Tum mihi Pyſo quid ergo inquit daſne adoleſcenti
veniā? an eū diſcere mauis ea que quom preclara didicerit nihil
ſciat. Ego vero iſti inquā permitto. ſʒ nōne meminiſti mihi lice
re probare iſta/ que ſunt apte dicta? Quis enī poteſt ea que pro
babilia videātur ei/ non probare. An vero inquā quiſqʒ pōt pro
bare quod perceptum/ quod comprehēſum/ quod cognitum nō
habet? Non eſt ita inquit Pyſo magna diſſenſio. Nihil eſt enim

aliud q̃obrem nil percipi mihi poſſe videatur: niſi ꝙ percipiēdi
vis ita diffinitur a Stoicis: vt negēt quicꝗ̃ poſſe percipi: niſi ta
le verum quale falſum eſſe non poſſit. Itaqꝫ hec cū illis eſt diſſē=
ſio. cū Peripatheticis nulla ſane. ſꝫ hec omittamus. habēt enim
et bene longam: et ſatis litigioſam diſputationē. Illud mihi a te
nimium feſtināter dictū videtur ſapiētes omnes eſſe beatos: ne=
ſcio quo modo preteruolauit oratio. quod niſi ita efficitur: que
Theophraſtus de fortuna / de dolore / de cruciatu corporis dixit
cum quibus coniūgi beatā vitam nullo modo poſſe putauit: ve
reor ne vera ſint. Nam illud vehemēter repugnat eſſe beatum ꝛ
multis malis oppreſſum. hec quomodo cōueniant non ſane in=
telligo. Vtrum igitur tibi non placet inquit virtutis tantam vī
eſſe: vt ad beate viuēdū ſe ipſa cōtenta ſit: an ſi id probas ita fieri
poſſe negas: vt hii qui virtutis cōpotes ſint etiā malis quibuſdā
affecti beati ſint? Ego vero volo in virtute vim eſſe q̃ maximam
ſed quanta ſit / alias. nunc tātum poſſit ne eſſe tanta. ſi quicꝗ̃ ex
tra virtutem habeatur in bonis? Atqui inquit ſi Stoicis cōce=
dis: vt virtus ſola ſi adſit vitam efficiat beatam: et cōcedis etiam
Peripatheticis. Que enim mala illi non audēt appellare: aſpera
aūt / et incommoda / et reiiciēda / et aliena nature eſſe cōcedūt: ea
nos mala dicimus. ſꝫ exigua et porro minima. Quare ſi pōt eē
beatus is qui eſt in aſperis reiiciēdiſqꝫ rebus: is poteſt quoqꝫ eſſe
qui in paruis malis. Et ego Pyſo inquā ſi eſt quiſꝗ̃ qui acute in
cauſis videre ſoleat que res agatur: is es profecto tu. quare attē=
de queſo. Nam adhuc meo fortaſſe vitio quid ego querā / nō per
ſpicis. Iſtic ſum inquit expectoqꝫ quid ad id quod queram reſpō
deas. Reſpōdebo me nō querere inꝗ̃ hoc tempore / quid virtus
poſſit efficere: ſed quid cōſtanter dicatur. quid ipſū a ſe diſſentiat
Quo igitur inquit modo? Quia quom a zenone inꝗ̃ hoc ma=
gnifice tanꝗ̃ ex oraculo editur. Virtus ad beate viuēdum ſe ipā
contenta eſt. Quare inquit reſpondet. quia niſi quod honeſtum
eſt nullum eſt aliud bonum. non quero iam vtrū ne ſit / illud di
co ea que dicat preclare inter ſe cohere. Dixerit hoc quidē Epi
curus ſemper beatum eſſe ſapientē. q̃ quidem ſolet ebullire non

nunꝙ. quem quidem! quom ſũmis doloribus conficiatur ait di cturum ꝙ ſuaue eſt. ꝙ nihil curo. non pugnem cum homine cur tãtum habeat in natura boni. illud vrgeam nõ intelligere eum! quid ſibi dicendũ ſit! quom dolorem ſũmum malũ eſſe dixerit. Eadẽ nũc mea aduerſum te oratio eſt. dicis eadẽ omnia et bona z mala. que quidem dicũt qui nunꝙ philoſophũ pictũ vt dicitur viderũt. Valitudinẽ/vires/ſtaturã/formã/integritatẽ/ vngui= culorũ omnium deformitatem/ morbum/debilitatẽ/malą iam illa externa parce tu quidem! ſꝫ hec quom corporis bona ſit eo= rũ cõfic. ẽtią certe in bonis numerabis amicos/liberos/propin= quos/diuitias/honores/opes. Cõtra hec attẽde me nihil dicere ſi iſta mala ſũt in que põt incidere ſapiẽs! ſapientẽ eſſe nõ eſſe ad beate viuẽdum ſatis. Immo vero inquit ad beatiſſime viuẽdum parũ eſt. ad beate vero ſatis. Animaduerti inquã te iſto mõ pau= loante ponere. et ſcio ab Antiocho noſtro dici ſic ſolere. Sꝫ quid minus probãdum ꝙ eſſe aliquẽ beatum/nec ſatis beatum. quod aũt ſatis eſt eo quicquid acceſſerit nimiũ eſt. et nemo nimiũ bea= tus eſt. et nemo beato beatior. Ergo inquit tibi. Q. Metellus q̃ tres filios cõſules vidit! e quibus vnũ etiã et cẽſorẽ et triũphãtẽ quartum aũt pretorẽ eoſqꝫ ſaluos reliquit! et tres filias nuptas quom ipſe cõſul/cenſor etiam/augur fuiſſet/triũphaſſet/ vt ſa= piẽs fuerit nõne beatior! ꝙ vt itẽ ſapiẽs fuerit qui in poteſtate vi giliis et inedia necatus eſt Regulus? Quid me iſtud rogas inꝗ Stoicos roga. Quid igitur eos reſponſuros putas? nihilo beati orem eſſe Metellum ꝙ Regulum. Inde igitur inquit audiendũ eſt. tamẽ a propoſito inquã aberrauimus. Non enim inꝗ quero quid verũ. ſed quid cuiqꝫ dicendum ſit. Vtinã quidã diceret aliũ alio beatiorem! iam ruinas videres. In virtute enim ſola et in ipſo honeſto quom ſit bonum poſitum! quomqꝫ nec virtus (vt placet illis) nec honeſtum creſcat! idqꝫ bonum ſolum ſit quo qui potiatur necẽ eſt beatus ſit! quom id augeri nõ poſſit/ ĩ quo po ſitũ eſt beatũ eẽ/q̃ põt eẽ q̃ſꝙ alius alio beatior. Videſne vt hec cõcinnãtur? Et hercule fatẽdũ eſt ei quod ſẽtio. mirabilis ẽ apud illos cõtextus rerũ. reſpõdẽt extrema primis. media vtriſqꝫ! oĩa

oībus: quid ſequatur / quid repugnet vidēt. in geometria prima ſi dederis / dāda ſūt omnia. Cōcede nil eſſe bonū niſi quod honeſtū ſit: concedendū eſt in virtute poſitā eſſe beatā vitā. vide rurſus retrodato hoc. dandū erit illud: quod veſtri nō itē tria genera bonorū. procliuis currit orō. venit ad extremū. heret in ſalebra. Cupit eī dicere nil poſſe ad beatā vitā deeſſe ſapiēti. honeſta oratio ſocratica: Platonis etiā: audeo dicere inquit. non pōt niſi retexueris illa. paupertas ſi malū eſt: mēdicus malus eē nō pōt q̄uis ſit ſapiēs. At zeno eū nō beatū modo: ſed etiā diuitē dicere auſus eſt. dolere malū: in cruce qui angitur beatus eē nō poteſt bonū liberi / miſera orbitas. bonū patria / miſerū exilium. bona valitudo / miſerū morbus. bonū integritas corporis / miſera debilitas. bonū incolumis acies: miſera cecitas. Que ſi pōt ſīgula cōſolādo leuare: vniuerſa quomō ſuſtinebit? Sit enim idē cecus debilis / morbo grauiſſimo affectus / exul / orbus / egēs / torqueatur eculeo. quē hunc appellas zeno? beatū inquit etiā beatiſſimū quippe inquiet. quom tam docuerim gradus iſtā rē nō habere: q̄ virtutē in qua ſit etiā ipſū beatū. tibi hoc incredibile / quia beatiſſimū: quid tuū credibile? Si enim ad populū me vocas: eum qui ita ſit affectus beatū nunq̄ probabis. ſi ad prudētes: alterū dubitabunt fortaſſe / ſit ne tātum in virtute: vt ea prediti vel in phalaridis tauro beati ſint: alterum nō dubitabūt quin et Stoici cōueniētia ſibi dicant. et nos repugnātia. Theophraſti igitur inquit tibi liber ille placet de beata vita. tamē aberramus a propoſito. et ne lōgius prorſus inquā Piſo ſi iſta mala ſūt placet. Nōne igitur tibi vidētur inquit mala? Idq̄ heres inq̄. in quo viciū reſpōdebo verſus te huc atq̄ illuc neceſſe eſt. Quo tādem modo inquit. quia ſi mala ſunt: is qui erit in hiis beatus nō erit. ſi mala non ſunt: iacet omnis ratio peripatheticorū. Et ille ridens video inquit quid agas. ne diſcipulum abducam times. Tu vero inquā ducas licz ſi ſequatur. erit enim mecum ſi tecum erit. Audi igitur inquit Luci tecum enim (vt ait Theophraſtus) mihi inſtituenda oratio eſt. Omnis vero auctoritas philoſophie conſiſtit in beata vita comparanda. Beate enim viuendi cupiditate

incenſi omnes ſumus. hoc mihi cum tuo fratre conuenit. Qua=
re hoc vidēdū eſt! poſſit ne nobis hoc ratio philoſophorū dare.
pollicetur certe. niſi eī id faceret! cur Plato egyptū peragrauit!
vt a ſacerdotibus quoq; barbaris numeros et celeſtia acciperet?
cur poſt tarētum ad Architā? cur ad ceteros Pythagoreos / Ec=
chratē / Timeū / Acrionē / locros / vt quom Socratē expreſſiſſet!
adiūgeret pythagoreorū diſciplinā / eaq; que Socrates repudia=
bat addiſceret? cur ipē Pythagoras et egyptū luſtrauit / et perſa
rū magos adiit? Cur tātas regiōes barbarorū pedibus obiit. tot
maria trāſmiſit? Cur hec eadē Democritus? qui vero falſōe que
reremus! dicitur oculis ſe priuauiſſe. certe vt q̄ minime animus
a cogitatiōibus abduceretur! patrimoniū neglexit. agros deſeru
it incultos / quid querēs aliud niſi beatā vitā? quā ſi etiā in rerū
cognitiōe ponebat! tamē ex illa inueſtigatiōe nature cōſequi vo=
lebat vt eſſet bono aīo. Id enī ille ſūmū bonū   et
ſepe   appellat. id eſt animū terrore liberū. Sed et
hec ſi preclare! nōdū tamē et perpolita. Pauca enim neq; ea ipſa
enucleate ab hoc de virtute quidē dicta. Poſt enī hec in has vrbe
primū a Socrate queri cepta. deinde in hūc locū delata ſūt. Nec
dubitāt quī in virtute oēs vt bene! ſic etiā beate viuēdi ſpes pone
retur. Que quom zeno didiciſſet a nrīs (vt in actiōibus preſcri=
bi ſolet) de re eadē fecit alio mō. Hoc tu nunc in illo probas ſz
vocabulis rerū mutatis incōſtātie crimē ille effugit! nos effuge
re nō poſſumus. ille Metelli vitā negat beatiorē q̄ Reguli! pre
ponēdā tamē. nec magis expetendā! ſz magis ſumēdā! et ſi optio
eſſz eligēdā Metelli! reiiciēdi Reguli. Ego q̄ ille preponēdam z
magis eligēdam! beatiorē hāc appello! nec vllo minimo momē
to plus ei vite tribuo q̄ Stoici. Quidītereſt niſi q ego res no=
tas notis verbis appello! illi noīa noua querūt quibus idē dicāt
Ita queādmodū in ſenatu ſēper ē aliquis qui īterpretē poſtulet!
ſic iſti nobis cū īterprete audiēdi ſūt. Bonū appello q̄ cq̄d ſecūdū
naturā ē: quod cōtra malū. Nec ego ſolus! ſz tu etiā Criſippe in
foro / doī / ī ſchola diffinis. q̄d ergo aliter hoīes! aliter phōs loq̄
putes oportere! quāti quicquid ſit aliter doctos et indoctos. ſed

quom cõſtiterit inter doctos q̃ti res queq; ſit! ſi hoĩes eẽnt vſita
te loquerẽtur. dũ res maneãt verba fingãt arbitratu ſuo. Sʒ ve
nio ad incõſtãtie crimẽ. vt ſepius dicas me aberrare: quã tu po=
nis in verbis / ego poſitã in re putabã. Si ſatis erit hoc perceptũ
(in quo adiutores Stoicos optĩos habemus) tãtã vĩ eẽ virtutis!
vt oĩa ſi ex altera parte ponãtur ne appareãt quidẽ! quom omĩa
que illi cõmoda certe dicũt eẽ / et ſumẽda / et eligẽda / et prepoſita
que ita diffiniũt vt ſatis magno eſtimãda ſit. Hec igitur quom
ego tot noĩbus appellata partĩ nouis et cõmẽticiis vt iſta produ
cta et reducta! partĩ idẽ ſignificãtibus. quid enĩ intereſt expetas
an eligas? Mihi quidẽ etiã lautius videtur! quod eligitur. et ad
quod delectus adhiberet. Sʒ quom ego iſta bona oĩa dixero! tã=
tũ refert q̃ magna dicã. q̃ expetẽda. q̃ valde. ſin aũt nec expetẽda
ego magis q̃ tu eligenda. nec illa ego pluris eſtimãda qui bona
q̃ tu qui producta appellas. Oĩa illa nccẽ eſt obſcurari nec appa
rere et in virtutes tanq̃ in ſolis radios incurrere. At ei qz in vi
ta eſt aliquid mali! ea beata eẽ nõ põt. Ne ſeges quidẽ igitur ſpi
cis vberibus et crebris ſi aug nã vſpiam videris ! nec mercatura
queſtuoſa ſi in maximis lucris parũ aliquid dãni cõtraxerit. an
vero vſquequaq; alter in vita et nõ ex maxima parte de tota iu=
dicabis? An dubiũ eſt quĩ virtus ita maximã partẽ obtineat in
rebus hũanis vt reliquas obruat? Audebo igitur q̃ ſecũdũ na=
turã ſit bona appellare. nec fraudare ſuo veteri noĩe! q̃ aliquid
pocius nouũ exquirere. Virtutis aũt amplitudinẽ quaſi ĩ altera
libre lãce ponere. Terrã (mihi crede) ea lanx et maria deprimet.
Sẽper eĩ ex eo quod maximas partes cõtinet! latiſſimeq; fũditur
tota res appellatur. Dicimus aliquem hilare viuere. igitur ſi ſe=
mel triſtior effectus eſt hilara vita amiſſa eſt? An hec in eo. M.
craſſo / quem ſemel ait in vita riſiſſe Lucilius non contingit !
vt ea re minus agelaſtus vt ait idem vocaretur? Polycratem ſa=
mium felicem appellant. nihil acciderat ei quod nollet. niſi q̃
anulum quo delectabatur in mari abiecerat. Ergo infelix vna
moleſtia. felix rurſus. quom is ipſe anulus in precordiis piſcis
inuẽtus eſt. Ille vero ſi inſipiens (quod certe) quoniã tyrannus

nūq̄ꝑ beatus ſi ſapiēs. Nē tū quidem miſer/quom ab Orōte pretore darei in crucē actus eſt. At multis malis affectus quis negat? ſed ea mala virtutis magnitudine obruebātur. An ne hoc quidē Peripatheticis cōcedis! vt dicāt omniū virorū bonorū id ē ſapiētū oībuſq̄ꝫ virtutibus ornatorū vitā oībus partibus plus habere ſēper boni q̄ꝑ mali? quis hoc dicit? Stoicis licet? minime ſȝ iſti ipſi qui voluptate et dolore omnia metiūtur! nōne clamāt ſapiēti plus ſēper adeſſe quod velit! q̄ꝑ quod nolit. Quom tātum igitur in virtute ponāt niſi qui ſe fatētur virtutis cā niſi ea voluptatem accieret ne manū quidē verſuros fuiſſe/quod facere noſ oportet. qui(q̄ꝑuis minimā) animi preſtātiā oībus bonis corporis anteire dicamus! vt ea nec in cōſpectū quidem relinquātur? Quis eī eſt qui hec cadere in ſapiētē dicere audeat! vt ſi fieri poſſit virtutē in perpetuū abiiciat! vt dolore omni liberetur? Quis noſtrum diceret quos nō pudet ea que Stoici aſpera dicūt! mala dicere melius eē turpiter aliquid facere cū voluptate! q̄ꝑ honeſte cū dolore? Nobis Heracleotes ille Dionyſius flagitioſe deſciuiſſe videtur a Stoicis propter oculorū dolorē. Quis vero hoc didiciſſet a zenone nō dolere cū doleret? Illud audierat. nec tamen didicerat. Malum illud nō eſſe quia turpe nō eēt. et eēt ferēdum viro. Hic ſi Peripatheticus fuiſſet! permāſiſſet credo ſnīa quoniā dolorem dicūt malū eē. de aſperitate aūt eius fortiter ferēda precipiūt eadē/que Stoici. et quidē Arceſilaus tuus(z ſi fuit in diſſerēdo pertinatior) tamē noſter fuit. Erat enim Polemōis. is quom arderet podagre doloribus! viſitaſſȝq̄ꝫ hominē Carneades Epicuri perfamiliaris triſtis exiret! mane queſo inquit Carneade noſter nihil illinc huc peruenit? oſtēdit pedes et pectus. attamē hic mallet nō dolere. Hec igitur nrā rō que tibi videtur incōſtās quom propter virtutis celeſtē quādā et diuinā tātāq̄ꝫ preſtātiā vt vbi virtus ſit! reſq̄ꝫ magne ſumēde laudabileſq̄ꝫ virtute geſte! ibi eē miſeria et erūna nō poſſit! tamē labor poſſit! et moleſtia! nō dubitē dicere oēs ſapiētes ſēper btōs eē! ſȝ tamē fieri poſſit! vt ſit alius alio beatior. Atq̄ iſte locus ē Piſo tibi etiā atȝ etiā ꝯfirmādus ꝗ̄/ quē ſi tenueris! nō mō meū ciceronē! ſȝ etiā meip

ſum abducas licebit. Tū quintus mihi quidem inquit ſatis hoc cōfirmatum videtur. Letor quidē philoſophiam: cuius antea ſu pellectilē pluris eſtimandam: ꝙ̃ poſſeſſiones reliquorū. ita mihi diues videbatur: vt ab ea petere poſſem: quicquid in ſtudiis no= ſtris cōcupiſſem. Hāc igitur letor etiā acutiorē repertā ꝙ̃ ceteras quod quidā ei deeſſe dicebāt. Nunꝙ̃ nrām quidē inquit Pōponi us iocans ſꝫ me hercule pergrata mihi orō tua. Que enī dici la tine poſſe nō arbitrabar: ea dicta ſūt a te. nec minus plane: ꝙ̃ di cūtur a grecis verbis aptis. Sꝫ tēpus eſt ſi videtur et recta qui= dem ad me. Quod quom ille dixiſſet z ſatis diſputatū videretur in oppidum ad Pōponium perreximus omnes.

M. T. Ciceronis De ſūmo bono atqꝫ malo liber explicit.

Tabula Primi libri Incipit feliciter.

Ca. i. Oſtēdit rationē Epicuri (qui poſuit voluptatē ſūmū bonū et dolorē ſūmū malū) in phiſicis deficere.

Ca. ii. Oſtēdit Epicurū in logica deficere et eū reprobat in hoc ꝙ poſuit fines bonorū et malorū eſſe voluptatē et dolorem.

Ca. iii. Oſtēdit que et qualis ſit vera voluptas que eſt finis bo= norum.

Ca. iiii. Oſtēdit nō eſſe errorē in finibus bonorū z malorum (id eſt in voluptate et dolore) ſed in rebus quibus hec efficiātur.

Cap. v. De tribus modis pulcherrimis quibus eſt ab Epicureis de amicitia diſputatū.

Tabula Secundi libri.

Ca. i. Inquirit quid ſit ſūmum bonum.

Ca. ii. Poſtpoſitis dialeticis captionibus (rhetorica nō quidem illa forenſis philoſophorū) oſtendit quid eſt voluptas.

Ca. iii. ꝙ voluptas nō ſit ſummū bonum et preſertim ea que in conuiuijs conſiſtit.

Ca. iiii. Oſtendit Hieronymū in eodem in quo Epicurus pec= care.

Ca. v. Remouet a philoſophia oēs opiniones que a finibus bo= norū virtutem ſecludūt.

Ca.vi. Oſtēdit ꝙ honeſtū propter ſe ſit expetēdū ac per hoc di=
cta torquati improbat.
Ca.vii. Improbat opinionē Epicuri per hoc ꝙ nō habet pro ſe
auctoritates antiquorū.
Ca.viii.de amicitia ſine qua vt dicit tute aut iocūde viui nō pōt
Ca.ix.de cōditionibus vite perpetuitatis.
Ca.x.recitat epiſtolā epicuri oſtēditq; eius facta cū dictis diſcre=
Ca.xi.voluptate dimiſſa aliud hominis bonū inquirit. pare.
Tabula Tertii libri.
Ca.i.narrat iocūdam quandā cōfabulationē Tullii cū Catone.
Ca.ii.explicat breuiter totā ʒenonis Stoicorūq; ſententiam.
Ca.iii. oſtēdit id ꝙ honeſtū eſt pluris eſſe exiſtimādū ꝙ̃ illa me=
dia que ex eo cōparentur.
Tabula Quarti libri.
Ca.i.oſtēdit perpulchre artē eſſe ducē certiorē ꝙ̃ natura.
Ca.ii.De ſūmo bono(quod cōtinet philoſophiam)ʒenonis opi=
nionē recitat que eſt ꝙ finis bonorū eſt ſecūdū naturā viuere
Ca.iii. ex eiſdē prīcipiis oſtēdit ꝙ honeſte viuere(id eſt eī vel ex
virtute vel nature cōgruēter viuere)ſūmum bonum ſit.
Ca.iiii.oſtendit omnes erraſſe qui finē bonorū eſſe dixerūt ho=
neſte viuere.licet alius alio modo.
Ca.v.reprobatur Cato in hoc ꝙ antiquis philoſophis poſthabi
tis poſteriorū dictis adheret et hoc in perſona antiquorū ſibi
loquētium.deinde ponitur Catonis reſpōſio.
Ca.vi.reprehēdūtur Stoici.tū primo per Marcū piſonē tū ſe=
cundo per auctorem.
Tabula Quinti libri.
Ca.i.laudat in generali diſciplinā Peripatheticorū.
Ca.ii.de natura hominis e corpore animoq; conſtante.
Ca.iii. oſtēdit inductiue ꝙ in qualibet parte nature ē vis appeti
tiua perfectionū naturaliū omni emolimēto ſecluſo.
Ca.iiii.inducit ī oībus etatibus z gētibus z ſignāter ī romanis
perpulchra exēpla ꝙ ſēper hoēſtatē dilxerit z turpitudīꝫ oderit
M.T.C.De finibus bonorū et malorū Tabula explicit

70
2279x

[illegible]

c